



& à sententia in causa alimentorum nõ admittitur appellatio quoad effectũ suspensiuum, licet secus sit quoad deuolutiuum, vt ex alijs multis authoribus resoluit idem Barbosa, eadem 1. part. l. 1. ex nu. 56. & nu. 57. fol. mihi 217. latius Petrus Surdus, de alimentis, tit. 9. priuileg. 96. per totum, fol. mihi 568. Cæsar Barzuius, decisione Bononię 69. nu. 10. per totum, & nu. 18. & 32. Alexand. Trentacinius, variar. resolut. lib. 1. tit. de alimentis, resolut. 1. nume. 17. & 18. vbi id ipsum explicat, folio 116.

Ex capite vigesimo-octauo.

S V M M A R I V M.

- 1  Ardinialis Dominicus Thuscus laudatur.
- 2  Princeps, qui ex causa publica utilitatis tollere, aut immutare valet testatorũ voluntates quoad fideicommissa, & maioratus, & iuri substitutorũ præiudicare; vtrũ id duntaxat efficere valeat, quãdo aliã publicã utilitati cõsuli nõ potest. Et vide numeris seq. vsque ad num. 12. & notabilem resolutionem, atque superiorum omnium summam traditam, num. 11.
- 3 Principis authoritas, ac potestas, qualis & quanta, generaliter loquendo. Qualis etiam Princeps ipse habeatur, & præsumatur inter homines.
- 4 Aimon. Crauetæ consil. 463. nu. 7. & 8. lib. 3. explicatur.
- 5 L. Regia 7. tit. 7. libr. 5. noua collect. Regia, conditores, nequaquam cõsiderasse, nec distinxisse, an aliunde consuli posset publicã utilitati per

Principem, vt iuri primogenitorum derogaretur.

Sed duntaxat ex causa publica utilitatis excitatos fuisse præcipuè, & legis ipsius constitutionem effluxisse; noua, & singularis authoris consideratio in hac materia.

6 Legis Regia 7. tit. 7. libr. 5. recop. constitutio, quæ ex causa ibi expressa, quoad omnes casus generaliter iustificatur, & obtinet.

Quod non leuem, imò urgentem præstet arguendi, & suadendi ratione, idẽ in casu particulari obtinere debere.

Vt scilicet in casu particulari, quoad immutandum testatoris voluntatem, & iuri vocatorũ, aut substitutorũ præiudicandum, Principis dispositio, quæ ex eadem causa, vel alia simili publicã utilitatis emanauerit, iustificari debeat omnino.

Noua etiam, & vera, atque valde notabilis authoris cõsideratio in hac materia.

7 Subreptio, & obreptio vitiat ipso iure, & reddit nullã gratiã, seu cõcessionem, aut priuilegium Principis.

8 Raphaelis Fulgostij consil. 20. ex nu. 6. nouiter & subtiliter, verè tamen & dilucide explanatur, & vide etiam, num. 11.

9 Regia l. 7. tit. 7. libr. 5. consideratio proponitur, quæ superius dictis cõuenit.

10 Publicã utilitatis causã dici, vt Principis potestas quoad derogandũ iuri tertij iustificetur, quando ipse ex causa remunerationis seruatorũ excitatus fuerit, prout hic adnotatur.

11 Et superiorum omnium, ex nu. 2. prolatorum, summa quedã, atque notanda, & vera traditur resolutio.

12 Prin-

12 Principi aliquid attestandi, & utrum plena fides adhiberi debeat, ad Clementinā unicā, de probationibus.

13 Princeps ut ex causa publicæ utilitatis immutare valeat maioratus clausulas, aut dispositiones, & iuri vocatorum, siue substitutorū præiudicium irrogare, utrum causæ cognitio, & probatio, atque eorundem citatio necessaria sit.

Ubi in id cōmemorantur, atque per multi iuris interpretes aggregantur, ex quibus in effectu diuersæ emanant sententiæ pro casuū occurrentiū diuersis qualitatibus, & circūstātijs.

Sed regulariter loquendo, causæ cognitionem esse necessariam, citationem etiam requiri, frequentiori placito receptum apparet.

Aliquando tamen necessariam non esse, vel defectū eius nō vitare Principis dispositionē, vel concessionē, ijdemmet notarunt authores.

Veluti cum pars nihil opponere, quod proficiat, aut contradicere non potest.

Siue contradicendo, actum impedire.

Vel quādo constat, quod voluit Princeps eisdem præiudicare, quomodocunque res se habeat.

Aut cum Princeps, etsi vocatos, aut substitutos non citauerit: plene tamen fuit de omnibus informatus, atque instructus.

Siue clausulas, vocationes, & conditiones cognouit, & vidit, & nihilominus dispositionem immutare, & iuri vocatorum præiudicium irrogare voluit deliberate.

Vel alia similia interuenerunt, quæ iudices debent mature perpendere, ut concessionem Principis, de iure ob-

tinere firmitatem, vel non, delibèrent iuridicè.

14 Clausula ex certa scientia, & motu proprio, & de plenitudine potestatis, clausula etiam supplentes, & pro expressis habentes: qualis, & quanta sit virtus, & vis.

Ubi pro huiusce articuli explicatione aggregantur, & commemorantur authores nonnulli.

Ex quibus mira scribeantium omnium varietas, & inconstantia in hac materia deducitur, atque detegitur.

Aliquando namque maximā vim, & effectum predictarum clausularum probantur.

Aliquando eam ellidunt.

Nec maiorem vim, aut efficaciam actui tribuunt, quam ipse de se habeat, clausulis eiusmodi deficientibus.

Maiorē etiā vim tribuunt quādoque.

Maiori vero ex parte (& verius equidē in puncto & rigore iuris) eā videtur sententiam sustinuisse, quā ex Ario Pinelo, hic adijcimus.

A qua tamen aliquando recedendū ex casuum occurrentium contrarijs qualitatibus, & circūstātijs, siue quæ contrarium suadeant, monemus.

Et iudicis discreti arbitrio definiendam rem, securius credidimus.

15 In Principe iuri alterius præiudicante, utrum iusta causa presumatur, & an ipsius assertio, siue expressio sufficiat.

16 Quod sufficiat ex sententia multorū.

17 Quod non sufficiat ex sententiā aliorū.

18 Quod ita demum sufficiat, si expressa fuerit, ex sententia quorundā, quæ ab authore probatur, & aliorum autoritate comprobatur.

19 Prin-

19 Princeps ex causa publica utilitatis, & legem generalem condendo, tollere, aut immutare valet testatorum voluntates quoad fideicommissa, & maioratus, & iuri primogenitorum, siue substitutorum derogare, & praeiudicare.

20 Sicuti ex dict. l. Regia 7. tit. 7. lib. 5. noua collect. Regia, factum esse apparet, & iuri primogeniti derogatum, quando ex causa matrimonij uniuntur maioratus duo, qui summam ibi prefixam excedant.

21 Et idem ius obseruandum esse, quando successione, vel alio modo extra causam matrimonij uniuntur, ut hic obseruatur, & numeris seq.

22 Ratio legis, vel dispositionis cuiusq;, est anima legis, & spiritus dispositionis, & potior pars ipsius, imò & ipsa dispositio.

Et sic sufficit, quod casus decidatur in ratione legis, licet non decidatur in verbis. Expressum enim dicitur, quod ratione legis comprehenditur.

Nec dicitur fieri interpretatio extensiuam, sed comprehensiuam.

23 Et ideo ratio legis attendi debet omnino, & principaliter in consideratione haberi, non aliter attento sono verborum.

Idque in omni dispositione, legali, contractus, testamenti, & qualibet alia.

24 Ampliaturque, vel restringitur, vel declaratur, aut verificatur dispositio qualibet ex ratione qua disponens motus fuit ad disponendum, inspiciendo principaliter, an intentio, & finis rationis seruetur ad unguem.

25 Petaez à Mieres opinio contraria ei, quam author probauit supra, num.

21. confutatur nouiter per authorē.

26 Reg. l. 7. tit. 7. lib. 5. constitutio, quod nouum decidat casum, & notatu dignum in materia representationis, nec l. Tauri 40. decisum; prout hic noue, & singulariter obseruatur.

27 Et circa l. ear. dem 7. noua consideratio profertur, ut hic videbitur.

AD ea, quae cap. 6. huiusce lib. 3. & cap. 28. lib. 2. scripta fuere, addenda non nulla, quae etiam pertinent ad potestatem Principis, ut tollere, aut mutare valeat testatorum voluntates quoad fideicommissa, & maioratus ex causa publicae utilitatis. Et an procedat id duntaxat, quando non aliter consuli potest publicae utilitati. Principi etiam aliquid attestati: vtrum plena fides adhibenda sit, ad Clemen. vnicam, de probat. & an causae cognitio, atque vocatorum, siue substitutorum citatio necessaria sit, ut iuri eorum praeiudiciu generetur, & derogetur. Deinde, clausula, ex certa sciencia, & motu proprio, & de plenitudine potestatis, & pro expressis habentes, cuius effectus, & virtutis sint in proposito, & in alijs quibuslibet regulariter. Rursus, in Principe iuri alterius praeiudicate, an praesumatur iusta causa, & an ipsius assertio, siue expressio sufficiat. Denique, de ratione, & interpretatione l. 7. tit. 7. lib. 5. nouae collectio. Regiae, circa diuisionem duorum maioratum, qui ex causa matrimonij uniuntur, & excedunt summam

mā prætaxatam ibi, breuis, & notāda resolutio, atque explanatio.

Caput vigesimum- octauum.



RO utili, & dilucida huiusce cap. explicatio ne obseruandum duxi primo loco, & principaliter, me supra hoc eodē lib. 3. c. 6. excitasse in terminis quæstionem illam apud iuris interpretes frequenter, & mille in locis (vt ibidem dixi numero 2.) agitatum. Vtrum inquā Princeps de potestate ordinaria, vel absoluta possit aliquē dominio rei suæ, vel iure suo priuare; & tandē post authores alios per multos, quos eo loci commemorauī, in ea sententia (vt pote, quæ verior est, & communior, ac etiam frequentius in praxi recepta) māfisse firmiter, vt Princeps absq; causa publicæ utilitatis, vel absq; publica necessitate non possit priuare quenquam dominio rei suæ, neq; in foro interiori, neque in exteriori; cum causa tamen publica, quod id efficere valeat de iure, dummodo, cum alteri aufertur res sua ob necessitates, vel utilitates publicas, iustum ei pretiū soluatur, vel (vt Doctores nostri enuntiant communiter) bonum eidē detur cambium. Nec in Principe Christiano considerari posse absolutā potestatem, sed ordinariam duntaxat, & eam quidem, quæ rationis, & iuris dictamini, & finibus conuenire magis videatur.

Similiter, & cap. 28. lib. 2. quotidianarum harum controuersiarum iuris, excitate etiam in terminis dubium aliud, frequenter itidem, & multis in locis ab interpretibus iuris vtriusq; agitatum, atque explanatum, vtrum inquā Princeps valeat tollere, aut mutare testatoris volūtatē quoad fideicommissa, aut maioratus, & iuri vocatorum, vel substitutorū, eorum ve, qui successionem ad se pertinere, contēdere possunt; derogare quouis modo, siuē præiudicare. Et tādē ex

sententia quam plurimorum, quos ibidem recensui, & congesi, in eo placito, & sententia fuisse (quæ & verior semper fuit, & communior) vt Princeps regulariter id efficere non valeat, nec fideicommissorum, aut primogenitorum substitutiones, aut conditiones mutare, vel alterare de iure possit: ex causa tamen publicæ utilitatis, vel necessitatis publicæ, & vbi publicus fauor videtur adesse, quod de iure id efficiat. Quæ in sententia vltra infinitos authores, eodē c. 28. à me præcitatos; fuerunt etiam Ioan. Marienç. in l. 7. tit. 7. glossa 5. & 7. lib. 5. nouę collect. Reg. Fuluius Pacianus, in conf. 29. And. Fachineus, in conf. 2. ex nu. 22. vsque ad num. 61. lib. 1. Siluester Aldobrand. in consil. 1. fere per totum, quē eo loci commendauī, & legēdum omnino, admonui. Nouissime Cardinalis Domi. Thus. vir equidem, & eruditus, & admodum religiosus, qui tamē nullum ex recētioribus relatis ibi commemorat: practicarum conclusionū iuris, tom. 2. litera P. verbo, Princeps, conclusio. 668. & 669. & 670. & 671. & duabus seq. & magis specificē conclus. 680. per totam, fol. 524. & 525. & vide conclus. 681. & quinq; seq. & hætenus, atq; ex sola quam plurimorū authorum relatione, & congerie, dictis duobus in locis me habui, nec vltra progressus sū. Nunc verò quo ipsorum, & aliorum quorundam, quæ præfatis conueniunt omnino, & in vsu Forensi, & practico versantur quotidie, nec absolute satis, aut dilucide explicantur ab aliquo, resolutio etiam habeatur, ac cum occasio se offerat, mature definiantur, obseruandum erit, habita pro vera resolutione ea, quam nunc tradidimus, & dicto cap. 28. libri secundi, ex multorum interpretum sententia adduximus; dubitari insuper, vtrum id quod dicitur, quod Princeps ex causa publicæ utilitatis tollere, aut immutare valet testatorum voluntates quoad fideicommissa, & maioratus, & iuri substitutorū præiudicare, atque succedēdi ordinem præfixum alterare: procedat duntaxat, quando Princeps

Quotidian. controuerſ. iuris.

Princeps aliter providere, aut conſulere publicæ utilitati non valet, non aliàs, ſiue non, cum poteſt aliter conſulere. Et quidem ſi verum amamus, & hucusque ſcribentes omnes, antiquos, & neotericos originaliter prælegimus, certius firmaviimus, in terminis his, dubium præfactum à nemine excitatum, nec tactū; generaliter tamen, atque in eo articulo, in quo de auferendo iure, aut dominio alterius agitur, inquirere aliquando, adnotare etiam quandoque ſcribentes noſtros, utrū Principis poteſtas ea reſtringatur ad caſum, quo publicæ utilitati aliter conſuli non poteſt, ſicuti feciſſe nonnullos iuris interpretes, dignoſcitur ex his, quos eodem cap. 28. libri 2. recensui, & ſpecificè dubitavit nouiſſime Cardinalis Dominicus Thuſcus, practicarum conſuſionum iuris, tom. 6. lit. P. conſuſione 680. nume. 65. fol. 527. qui ſe refert ad ſolum Fulgoſium, in conſilio 20. nu. 5. cum ſeq. verè tamen eſt ex num. 6. poſſet etiam ſe referre ad Aimon. Crauetā, in conſilio 463. num. 7. & 8. libro 3. quem ipſe Thuſcus non citat. Fulgoſius tamē, & Craueta (prout ex ipſis conſtauit) nō excitarunt dubium à me propoſitum, quando ſcilicèt Princeps ex cauſa publicæ utilitatis, quo ad fidei cōmiſſum, aut primogenium, teſtatoris voluntatē imutare, aut iuri vocatorum præiudicare, ſiue ordinē ſuccedendi alterare contendit; ſed nō aliter Principem iure, aut dominio rei ſuæ aliquem priuare poſſe ex cauſa publicæ utilitatis dixerunt, quā ſi publicæ utilitati conſuli aliter nō poſſet, nec caſui propoſito reſponſum, aut reſolutionem præſtant, nec etiā aliquid proferunt, ex quo Principis poteſtas ita reſtringi debere videatur in dubio nunc
3 excitato, negari ſi quidem nullo pacto poteſt, quin Principis poteſtas maxima adeò ſit, vt cum ex cauſa publicæ utilitatis aliquid facit in terminis omnibus prædictis, in diſputationem trahēda non ſit, nec neganda, quanuis cauſa legitima publicæ utilitatis deficiente, iuridice reſtringenda. Idque iuxta placita omnia eorum interpretum, quos d. c. lib. 2. cō-

memoravi, iuxta ea etiam, quæ congeſerunt, & adnotarunt Maſcard. de probationibus, tom. 3. cōcluſione 1228. Cardinalis Dominicus Thuſcus, tom. 6. dicta litera P. conſuſione 668. per totā, folio 516. & conſuſ. 673. fol. 520. Iacob. Menoch. lib. 2. præſumpt. 9. & præſumpt. 10. num. 3. cum ſeq. vſque ad num. 11. vbi nonnulla pro Principe obſeruat ex alijs authoribus, quos adducit, ac inter alia ſuo ordine inquit, q̄ Princeps aliquid faciens, vel concedens, præſumitur iuſtis cum cauſis, eaque præſumptio non admittit probationem in contrarium. Et dicitur loqui per os Dei. Et Deus inter homines ſecundum Ariſtot. & veritate, non mendacio Princeps moueri dicitur. Et cognofcens de cauſa, cognofcere tanquam Deus. Et talis, qualis de iure eſſe debet. Et iuſtitia plenus, & non velle plus, quā velle lex. Sine cauſa tamen iuſta non poteſt, quæ ſunt iuris diuini, naturalis, vel gentium. Cum cauſa tamen omnia poteſt. Sicuti Maſcardus, Menochius, & Thuſcus (eis non relatis latius exornant. Ex ipſis ergo, & ſcriptis per Simonem de Prætiſ, de interpretatione vltimarum voluntatum, lib. 1. interpretatione prima, dubitatione prima, ſolutione 13. numero 26. & 27. & 28. folio 44. videtur, quod cum cauſa legitima, & iuſta, & publicæ utilitatis interuenit, non adeò reſtringi debeat manus, & poteſtas Principis, vt ſi aliter, vel aliunde cōſuli poſſit neceſſitati, vel utilitati publicæ, adeò præciſe attendatur, ſed ob publicam utilitatem ſic factum ſufficiat, quanuis aliter fieri poſſet. Idque ab his omnibus non attendi videtur, quos ſupra hoc eodem lib. 3. c. 6. & lib. 2. dicto cap. 28. præcitavi. Ipſi namque cauſam publicæ utilitatis requirunt, vt iuri vocatorum, vel ſubſtitutorum præiudicium irrogetur, velut ſuccedendi ordo alteretur, non tamen requirūt, ſiue non diſtinguunt, an aliter conſuli poſſet publicæ utilitati occurrenti. Idque maxime, ſi cum aliter, vel aliunde, ſiue ad aliū modum non conſulat, ſed ita ſtatuat, iuſtis alijs de cauſis excitatus fuerit. Quæ
& alia

& alia si in consideratione habeantur, iuxta facti occurrentis qualitates, & circumstantias, commodius & congruentius, id definiri valebit, ita tamen quod si de dominio rei suae alicui auferendo tractetur, restringi de iure debeat Principis potestas, ut non aliter id effici valeat, quam si aliter, vel aliunde publicae necessitati consuli non possit, ut ex l. ite si verberatum, §. i. ff. de reiuend. deduxit Fulgo. in loco praecitato supra, de quo statim agetur.

4 Animaduertendum etiam interim erit, Crauer. consil. 463. nu. 7. & 8. lib. 3. relatum supra (quod scriptorum omnium nullus recenset) non ita simpliciter induci, vel expendi posse simpliciter ad probandum, quod Princeps iuri alterius derogare, vel praedictum generare non valeat, si aliunde publicae utilitati consulere possit, vel requiri, quod non alias consulere valeat. Vere namque (si originaliter praelegatur, is author) id nequamquam probat, nec loquitur in terminis propositis supra, ex nume. 2. sed publicae utilitatis causam interuenire, quod sufficiat, contedit potius aperte, nec an consuli possit aliunde, vel aliter considerat, idque certius constabit, si constituamus, eo in loco Crauetam versari circa ciuitatem Alux, eo iure utentem, ut Praetoris officium anno finiatur, fiatque electio trium, ex quibus dominum unum confirmat, quem maluerit: quod ipsum ius praescriptione immemoriali ciuitas acquireret. Dominus autem contendeat, ius sibi esse, continuationem officij permittere, ciues contradicebant neruis omnibus, non esse ius domino, iura ipsa ciuitatis frangere. Craueta autem in fauorem ciuium, & contra dominum conficit illud consilium, & respondendo de iure, partem negatiuam defendit. Subditque d. nu. 7. quod non admittitur causa derogandi iuri subditorum ob publicam utilitatem, quoties utilitati publicae potest aliter prouideri. Respondet secundo, quod argumentum de publica utilitate procedit, quando agitur de incommodo particularium, quod admittitur, quo prospectum eatur commodis publicis. Sed in eo casu sibi con-

sulto, non agi de incommodo particularium duntaxat, sed ut laedatur ius publicum, ut alteri, non publicae utilitati prouisum fiat. Ecce ubi expressim & manifeste ob publicam utilitatem concedit tertio privato praedictum posse indistincte, diuersimode tamen statuit, ut alteri, non utilitati publicae prouisum fiat. Et sic quo prospectum eatur commodis publicis, siue publicae utilitati, absolute concedit Principi ius praedictum tertio, etsi aliter consuli possit publicae utilitati. Et in eodem placito vel ut expressim etiam fuerit (ut antea dicebant omnes utriusque iuris interpretes, qui hactenus in proposito commentaria addiderunt, ipsi namque nemine excepto (ut ex originali lectura constabit (ut tertio praedictum in specie proposita supra, d. nu. 2. & dispositioni ult. atque succedendi ordine derogetur, duntaxat exigunt, atque considerant, an publicae utilitatis causa adsit, nec distinguunt, an alio modo, vel aliter eidem consuli posset, id quod expresse constat (ut supra quoque dicebam) ex omnibus his, quos d. c. 28. lib. 2. recensui.

5 Constabit etiam ex decis. l. Reg. 7. tit. 7. lib. 5. nouae collect. cum vere conditoris ipsius nequaquam considerasse videatur, nec ibi distinxerunt, an aliunde, vel alio modo, aut succedendi, & videndi maioratus forma introducta, consuli posset publicae utilitati per Principem, ut iuri primogenitorum, qui duos eos maioratus alias obtineret, vel aliorum quorumcunque, & ceterorum discendentium iuri derogaretur. Sed duntaxat ex causa illa publicae utilitatis excitati fuere praecipue, & legis ipsius constitutio effluxit. Et cum aliter consuli posset, admittendo inquam, siue ad successionem maioratus, a quo primogenitus excluditur (ne duo maioratus iungantur) alium descendentem ex linea primogeniti eiusdem, non primogenitum ipsius, sed alium ulterio-rem, id (ut vides) effectum non est, sed secundogenitus admissus indistincte. Unde & tentari posset iuridice, legis eiusdem 7. constitutionem, quae ex causa illa publicae utilitatis, ibidem expressa, quoad omnes casus, & personas generaliter iustificatur, & obtinet: non leuem, imo

urgentem præſtare arguendi, & ſuadē-
 di rationem, idemmet in caſu particula-
 ri (ac maximē ſi ratio ea ab inſtitutori-
 bus maioratum, vel alioquo ipſorum
 conſiderata fuerit) obtinere debere. Vt
 ſcilicēt in caſu particulari, quoad immu-
 tandum teſtatoris voluntatē, & iuri vo-
 catorum, aut ſubſtitutorum præiudican-
 dum, Principis diſpoſitio, vel cōceſſio,
 ſeu facultas, quæ ex eadē cauſa, vel alia
 ſimili publicæ vtilitatis emanauerit, iu-
 ſtificari debeat omnino. Et ſic quenad-
 modum pro cauſa iuſta, & publicæ vti-
 litatis, in ea lege expreſſa, habita eſt, vt
 lege generali lata, ita ad excluſionem
 primogeniti, & eius lineæ quoad vnum
 maioratum, & ne duo iungerentur, ſta-
 tutum eſt. Ita & equaliter, atque ob eā-
 dem rationem, vt iuri vocatorum dero-
 getur, & ſuccedendi ordo præfixus, al-
 teretur à Principe, haberi debeat cauſa
 eadem, quæ in caſu particulari occurre-
 rit, & Principem adduxerit, vt teſtato-
 ris voluntatem mutauerit quoad ordi-
 nem ſuccedendi. Verè namque non eſt
 dare discriminis rationem inter vnum
 & alterum caſum, nec Principis pote-
 ſtas, quæ generaliter ſtatuendo, ibi non
 reſtringitur, reſtringi poterit in caſu
 particulari, ſi in ipſo eadē de cauſa exci-
 tatum Principem apparuerit, qua in d.l.
 Regia, & eius præfatione generaliter
 excitatur. Quod (vt vides & verbis le-
 gis ipſius, & iuris principijs valde cōue-
 nit, eſi lex illa recta, & iuridica eſt (vt
 dici debet in dubio, nec aliter differi) idē
 dicendum eſt in caſu particulari, quod
 in generali diſpoſitione ipſius. Et cum
 caſus ſe offerat, iuxta facti occurrentis
 qualitates, & circumſtantias, maturo iu-
 dicio inſpici, & definiri. Inſpiciendum
 etiā, vt Princeps adductus fuerit ad de-
 rogandum iuri vocatorum, ſiue ordinē
 ſuccedēdi ab inſtitutore maioratus præ-
 fixum, vtrum ſubreptionis, vel obreptio-
 nis alicuius vitiū interuenerit, & an cæ-
 tera neceſſaria occurrerint, ex quibus
 diſpoſitiones, ſiue conceſſiones volun-
 tatis alterius, & ordinis ſucceſſionis de-
 rogatoriæ factæ à principibus, iuſtifica-

7 ri, atque ſubſiſtere, vel irritari, & non
 ſubſiſtere debent. Quoniam ſubreptio-
 & obreptio vitiat ipſo iure, & reddit
 nullam gratiam, ſeu conceſſionem, aut
 priuilegium Principis, & maximē facul-
 tates has diſpoſitionis alter cōfectę de-
 rogatorias. Clementina prima, de præ-
 bendis, & dignit. cap. 2. de filijs presby-
 terorum, libro 6. cap. ſi motu proprio,
 de præbendis in 6. cap. ad audientiam 2.
 de reſcriptis, c. quod ſuper his, de fide
 inſtru. & poſt multos authores alios ple-
 na manu explicant Iacobus Menochius,
 de arbitrarijs iudicium, lib. 2. centuria 3.
 caſu 201. & 202. & 203. maximē dicto
 caſu 201. num. 16. & 17. ipſe Menochius,
 in conſil. 1. numero 399. & ſeq. lib. 1. Ale-
 xander Trentacinius, variar. reſolut.
 tom. 1. lib. 1. titulo de reſcriptis, reſolut.
 5. ex num. 2. cum ſeq. fol. 23. Cardinalis
 Dominicus Thuſcus, practicarum con-
 cluſionum iuris, tom. 7. lit. S. verbo ſub-
 reptio. concluſione 722. & pluribus ſeq.
 ex fol. 801. cum multis ſeq.

8 Conſilium autē aliud Raphaelis Ful-
 goſio 20. quod in num. 5. cum ſeq. Car-
 dinalis Dominicus Thuſcus retulit (vt
 vidimus ſupra) & verè eſt nmer. 6. non
 etiā probat in diſtincte (ſi originaliter)
 reſtringendā regulariter Principis po-
 teſtatem, vt non poſſit ipſe ex cauſa etiā
 publicæ vtilitatis, iuri alterius præiudi-
 cari in caſu propoſito ſupra dicto num.
 2. ſi aliū de poſſit publicæ illi vtilitati cō-
 ſulere. Nec loquitur in caſu illo. Nam
 eſi cum agitur de auferendo alicui rei
 ſuæ, quā poſſidet dominio ob publi-
 cam vtilitatem, pro vt accidit in l. item
 ſi verberatum. §. primo. ff. de reiuendica-
 tione, Principis factum ex neceſſitate
 ipſius iuſtificetur, & adhuc ſatisfacere
 teneatur domino. Nec etiam aliter tex-
 tus ille procedat (vt Fulgoſius ex ſentē-
 tia communi profert erudite) quā cū
 Principi ob publicas neceſſitates para-
 ta non eſt pecunia pro ſtipendijs mili-
 tum, nam vbi nulla ſub eſt cauſa, vel pu-
 blica ſtipendiorum ſimilis neceſſitas nō
 procedit, vt compertum eſt, & rectē no-
 tat ipſe Fulgoſius. Non tamen inde de-
 duci

duci potest argumentū aliquo pacto, vt Principis potestas restringi magis debeat ad vnum, quā ad alterum, ex quo vtilitati, vel necessitati publicę consuli possit: nā vbi causa publicę vtilitatis, vel necessitatis versatur, ex hoc, vel ex illo, siue vno, vel altero medio ei succurre iure valet. Sic sane in dicto §. 1. dictæ l. si verberatum. Consideratur duntaxat, an ob publicas necessitates res priuatorum militibus assignauerit Princeps, vel eas ad eum finē distraxerit, non verò an etiam aliunde necessitati consulere poterit, siue an alterius priuati, & non illius rem assignare, vel distrahere possit quasi necessitatis, vel vtilitatis publicę causa inspiciatur, ac inspicere debeat duntaxat, non verò quod aliunde, vel ad alium modū, siue ab alio rem auferendo, possit necessitati consulere (vt nunc dicebam.)

9 Sic in d. l. 7. tit. 7. libr. 5. nouæ collect. Regiæ, inspicitur duntaxat, ac finaliter consideratur causa illa publicę vtilitatis, ne fama, splendor, & memoria institutorum maioratum, ipsorum coniunctione confundatur, vel amittatur, aut minuatur, vt per Matiençum ibidem, glossa tertia, & quarta, vbi rationem finalem eius legis expendit, & exornat. Non verò in exclusionem primogeniti, & eius descendentiū, & lineæ ab vno ex duobus primogenijs, & secundogeniti admissionem, in consideratione habetur, quod rationi finali ipsius legis cōsuli aliter posset, siue facili negotio effici, ne fama, & memoria institutoris maioratus amitteretur, vel minueretur, vocando scilicet secūdo, vel tertio genitū, vel alium descendente vltiorē primogeniti, vt supra dicebam. Vnde & in dispositione particulari Principis, siue ad derogandum clausulis, & vocationibus, atque ordini succedendi in dispositione præfixo: idem obseruandum videtur similiter, modo publica ea vtilitas, vel alia similis adsit. Vbi & publicę vtilitatis causā quoad casum particularem dicetur, & Principis facultas, seu concessio quoad derogandum iuri vocatio

num, seu ordinis successionis iustificabitur, quando Princeps ad sic immutandum, ex causa remunerationis seruitiorum (quæ maxima fuerint) excitatus sit, & ita in facultate, aut cōcessione expresserit, idque iuxta ea, quæ scripserunt Decius, in consilio 271. numero 6. & 7. & in consilio 269. Ioannes Cephalus, in consilio 285. numero 29. libr. 2. Alciatus, regula 3. præsumptione 19. in fin. Arias Pinelus, tertia parte, l. primæ, C. de bonis maternis, numer. 62. illatione 4. Matien. in dialogo relatoris, 3. part. cap. 69. & in l. prima, titulo 10. gloss. prima, numer. 4. & 5. libr. 5. recopilat. M. Antonius Peregrinus, de fideicommissis, articul. 52. numero 128. Petr. Antonius de Petra, de fideicommissis, quæst. 11. conclusio. 75. in versicul. limitatur primo, fol. 166. columna 3. & eadem quæstio. 11. conclus. 85. fol. 168. column. 2. in quo etiam mature erit deliberandum, & seruitiorum, atque aliorum qualitarum, & circumstantiarū ratio inspicienda, nam cū vltimas defunctorum voluntates, & dispositiones obseruari, exitū quē habere, rei publicę etiam interesse, siue causam publicam esse, dicatur, vt iura mille vulgata enuntiat, & aliter possit Princeps seruitia remunerare, non ita de facili moueri debet, vt iuri vocatorum, & succedendi ordini statuto deroget, nec seruitiorum causa, ita vrgens videtur in damnū tertij, sicuti causa illa, quæ in d. l. 7. tit. 7. exprimitur, quæ in memoriæ, & famæ, atq; nominis institutorum primogeniorum conseruationem adeò dirigitur, nisi cū ea alia concurrant, vel eiusmodi seruitia fuerint, quæ iudicum animum adducere valeant. Vel nisi ea cōcessione, aut facultate id ipsum efficiat, & in effectu intendat, quod eorundē maioratū institutores, vel alicuius eorum desiderasse, atq; intendisse, verisimiliter creditur. Quæ sunt quidē notanda, quia prolixā proculdubio consideratione, & librorū omnium originali, & attenta lectura sic digesta, & resoluta, nec alibi sic elaborata. Erunt tamē cū casus occurrat matura deliberatione perpendenda.

11 In summa igitur, vt discursum omnē, & adnotata hactenus ex dicto numer. 2. ad breuem summam reducam, quemadmodū in d. l. item si verberatum, §. 1. & in cæteris iuribus similibus, publicæ dūtaxat utilitatis, vel necessitatis causa attenditur, nec in consideratione vllō modo habetur, quod Princeps ipse rē magis vnus, quā alterius ex necessitate acceperit, siue quo magis ex re vnus, quā alterius, publicæ, utilitati consuluerit, cum istius, vel illius re potuerit consulere ita (vt ego hucusque consideravi ultra omnes) quoties Princeps ex causa publicæ utilitatis, (veluti ea, quæ in d. l. 7. exprimitur, vel alia simili) excitatus fuerit ad sic concedendum, & succedendi ordinem peruertendum, inspicere quidem tantum debebit, an ex causa publicæ utilitatis, vel necessitatis id efficiat, non verò, quare magis eo, quam alio modo consuluerit publicæ illi utilitati. Causa enim utilitatis, vel necessitatis publicæ tantum Principis auctoritati præstat, vt omnino suam concessionem iustificet, nec hoc magis, quam illo modo adstringatur consulere, prout ex dicto §. primo, dicta l. item si verberatū, & decisione indistincta d. l. Regiæ 7. communi quoque interpretum omnium resolutione, quando adest causa publicæ utilitatis, absque aliqua distinctione, an aliter possit consuli supra deduxi. Et hactenus de dubio præcipuo excitato supra ex dicto numero

12 secundo.

Rursus & iuxta id ipsum, & superius dicta definiri etiam debebit altercatio alia Doctorum, vtrum inquam Principi seculari, vel Ecclesiastico aliquid attestati, plene fides adhiberi debeat, ad clementinam vnicā, de probationibus, inspicendæ namque erunt similiter qualitates, & circumstantiæ rei de qua actum sit principaliter, an etiam de præiudicio iuris alterius agatur, necne, & an iusta, & probata aliqua causa interuenerit, necne in ea dispositione, in qua Princeps aliquid attestatur, cætera etiam præoculis habenda, ex quibus iudices moue-

ri debent, ac poterunt, vt maiorem fidem adhibeant, vel non tantam, ac negotij ipsius definitionē iustificent, quod & visa diligenter narratione, aut causa Principi expressa, deducere valebunt. Erunt autem in eo dubio prælegendi omnino Antonius Gabriel, communi. conclusion. libro tertio, titulo de probationibus, conclusione secunda, per totam. Andreas Tiraquelus, de vtroque retractu, §. primo, glos. 14. numero 49. Iosephus Mascardus, de probationibus tomo tertio, conclusione 1228. per totam, & tomo primo, conclusione 139. per totam. Iacobus Philip. Portius, regularum lib. 1. regula 27. Menochius, libro 2. præsumptione 11. Syluester Aldobrandinus, in consilio primo, ex numero 230. cum sequent. Ioannes Marcus Aquilinus, in §. & quid si tantum, l. Gallus, ff. de liber. & posthum. in versiculo, quid enim si aquæ & ignis, numer. 117. & quinq; seq. Borgnin. Cauat. decis. 35. ex nu. 136. part. 2. Flamin. Paris. de resignatione beneficiorū, to. 2. lib. 8. q. 11. Alex. Trentac. variar. resol. lib. 1. titu. de verborum signific. conclus. 2. numer. 18. & tribus sequentib. folio 402. Petrus Antonius de Petra, de potestate Principis, capite trigesimo, conclusione secunda principali, num. 42. & 47. fol. 205.

13

Sed & alia interpretum eorundem, ac iuris necessaria valde, & difficilis controuersia, ipsismet superius prænotatis, mature consideratis, & perpensis, definiri poterit, & debebit, altius tamen, atque maturo iudicio insistendum in ea erit, cum occasio se offerat, vtrum inquam, vt Princeps ex causa publicæ utilitatis tollere, aut immutare valeat testatoris voluntatem quoad fideicommissa, & maioratus, & iuri vocatorum, vel substitutorum præiudicare, substitutiones, aut uocationes, siue ordinem succedendi alterando: necesse sit, quod cum causæ cognitione, & probatione id efficiat, & quod substituti, aut vocati, vel hi omnes qui ius, aut interesse ad successionē prætere re possunt, citati fuerint: & sic nō modo publi-

publicæ utilitatis, vel necessitatis publicæ causę interuētus exigatur, sed etiam causę eiusdē cognitio, & prædictarum personarū citatio necessaria sit. Quo equidē in dubio, natura, & qualitas rei, vel negotij, præsumptio etiā, vel expressio iustæ & publicæ utilitatis causę, defectus etiā, vel interuētus subreptionis, aut obreptionis, vel vitij alterius, aut eiusdē præsumptio, sed & Principis volūtas deliberata, & certa, præsumpta etiā alterādi dispositionē, aut succedēdi ordinē præuertendi, quomodocūq; res se haberet, aut dato quod substitutivocarētur, & cōtradicerēt, iusta eorū dē cōtradictio, & alia similia multū iuuabūt, vt aliquando causam iustā & publicæ utilitatis vere interuenisse, & fraudē, collusionē, subreptionē, & obreptionē defecisse omnino, Principēq; de omnibus, quæ dici ac cōtradictō allegari potuissent, plenē instructū, & informatū, sufficere debeat, etiā absq; causę cognitione, vel citatione prædictorū. Aliquando etiā nō sufficiat, si alia in cōtrariū suadeāt, vel præsumptionē fraudis, aut nō ita deliberatę Principis volūtatis, & alia similia inducāt, quę bonus & discretus iudex maturo iudicio inspicere, ac præoculis habere debebit, & pro resolutione articuli eiusdē, utrū inquā causę cognitio, & citatio interesse habentiū, vel prætēdentiū, aut vocatorū necessaria sit, sequētes auctores euoluere, & attēte videre (non enim ex aliorū relatione, quod à conditione nra multū abhorret, sed originali, & prolixa omniū interpretū lectura cōmemoratur) ex ipsis autē, cū dux cōtrarię elliciatur sentētia, altera negatiua, altera affirmatiua, ex dictis cōsiderationibus tutiorē, & casui de quo agatur conuenientiore opinionem eligere poterit.

Vidēdi itaq; erūt in pposito articulo permulti iuris interpretes, qui nulibi inueniētur sic aggregati, & cōmemorati.

Bart. cōmunis omnium magister & a quo rei cuiusq; difficultatis initiū sumi debet, in l. Gallus. §. & quid si tantum, ff. de liber. & posth. nu. 14. ad fin.

Iason ibidem, num. 143.

Alex. in cons. 2. nu. 14. cū seq. lib. 1. & in cons. 11. lib. 1. & in cons. 123. libr. 4.

Petr. Paul. Paris. in cons. 1. num. 49. cum seq. lib. 1.

Socin. Senior, in cons. 266. num. 45. & seq. lib. 2. vbi distinguit, & cōsiderat septem casus principales.

Hieronym. de Tortis, in consil. quod est post consilia Anton. de Butrio, num. 20. & seq.

Anton. Gabriel, cōmunium conclus. libr. 3. titulo de iure quæsito non tollendo conclus. 3. num. 9. & 10. & vide Abbatem, Ruinum, & alios ibi relatos.

Idem Antonius Cabri. lib. 2. tit. de citationibus, conclus. 1. ex nu. 9. vsque ad num. 30.

Domin. Anton. Menes. de Padill. in authent. res quæ, num. 331. C. communia delegatis.

D. Franciscus Sarmientus, selectarum libro primo, capit. 8. num. 3. per totum, & num. 12. & lib. 7. cap. 9. num. 3. vbi vide.

Ludouic. Molin. de Hispan. primog. libro primo, cap. 8. numer. 28. & 33. latius libr. 3. capite 3. ex numer. 23. vsque ad numerum 29. & vide etiam lib. 2. cap. 7. numero 19.

Syluester Aldobran. in cons. 1. nu. 38. & 39. & 40. & num. 171. & vide nu. 329. & duobus seq.

Burg. de Paz. in proœmio legū Tau. ex num. 354. vsque ad num. 364.

Iacob. Menochius, in consil. 1. numero 383. & vide duobus numeris præcedentibus, vide etiam numero 396. & duobus sequentibus, & numero 423. & 425. lib. 1.

Franciscus Beccius, in consil. 56. per totum.

Curtius Iunior, in consilio 142. habita diligenti, numer. 8. in versiculo, nec obstant, & in consilio 1. ex num. 18. cum sequent.

Nicel. concordant. 52. in 7. fallentia.

Hipol. de Marfil. (qui est vidēdus omnino) in repetitione l. de vnoquoque, ff. de re iudicata, num. 14. & num. 17. & 18. & 19. & 20. & 22. & 23. & tribus seq. & num. 113. & 114.

Quotidian. controuerſ. iuris.

Simon de Prætiſ, de interpretatione vltimar. volunt. lib. 1. interpretatione 1. dubitatione prima, ſolutione 13. numero 23. & 24. & 25. folio 44. cuius reſolutionem, ac etiam commemoratos ſibi aucthores vide.

Ioannes Vincen. Honded. in conſ. 59. ex num. 18. vſque ad num. 22. lib. 2.

Ludouicus Surdus, in tractatu de naturalibus liberis, capite requiſita in legitimatione impetranda, verſiculo nono quaeritur.

Valentin. Foſter. libr. 6. de ſucceſſio. cap. 35. ex num. 2.

Bologninus, in addit. ad conſil. Ioan. de Annania 81. num. 4.

Petrus Gyllenius, ad libr. 6. Codicis, in §. & quid ſi tantum, l. Gall. ff. de liber. & poſth. nu. 251. fol. mihi 725.

Ioannes Petrus Surd. in conſil. primo, ex numer. 93. vſque ad numer. 98. libro primo.

Marcabrunus, in conſ. 13. num. 271. & ſeq. vſque ad num. 182. & numer. 219. & tribus ſeq. & in conſilio 23. ex num. 265. cum ſeq.

Angel. Matthæatius, de legatis & fideicommiſſis, libro 3. cap. 22. numer. 12. & 16.

Cardinalis Dominic. Thuſc. nouiſſime, practicar. conſuſionum iuris, tom. 6. litera P. verbo, Princeps, conclu. 689, per totam, fol. mihi 536. & eodem tom. 6. & litera P. concluſ. 669. numer. 6. fol. 517. & concluſione 682. numer. 38. folio 530. & concluſione 683. num. 7. fol. 531. & tomo I. litera C. verbo, clauſula, concluſione 340. numero 38. & 39. vbi vide omnino. Et Beroi. Curt. Crauet. & Rotam nouam, ibi relatos vide.

Ex his autem, & alijs pluribus, quos ideo, ac conſulto omitto, quod ab ipsis commemorantur, apparet equidem, diuerſas fuiſſe in propoſito dubio ſententias, & opiniones, & pro caſuum occurrentium diuerſis qualitatibus, & circumſtantijs contrarias omnino.

Sed regulariter loquēdo, cauſæ cognitionem eſſe neceſſariā, citationem etiam requiri, frequētiori placito recep-

tum videri, & Ludouic. Molin. conſtanter defendiſſe, & D. Franciſ. Sarmienti fundamentis in contrarium reſponſum præbuiſſe.

Aliquando tamen neceſſariam non eſſe, vel defectum eius nō vitare Principis diſpoſitionem, vel conceſſionem, pro ſubiectæ rei, de qua agebatur, & diuerſis circumſtantijs, eoſdemmet aucthores notaſſe.

Veluti cū pars nihil opponere poteſt, quod ſibi proficiat, vel cum contradicere non valet, aut contradicendo, actum impedire non poterit. Vel quando conſtat, quod voluit Princeps eiſdem præiudicare, quomodocumque res ſe habeat Sicuti Hippol. Marſil. Petrus Surdus, & Marcabrunus, in locis antea relatis adnotarunt. Vbi ſcribunt, citationem ſubſtitutorum, vel vocatorum non eſſe neceſſariam, quando Princeps vtitur plenitudine poteſtatis, vel quando conſtat, quod voluit eis præiudicare, vel quod ipſi contradicendo non poſſent actum impedire, prout ex multis probauit Petrus Surdus, vbi ſupra, qui tamen quod attinet ad dictum nunc de plenitudine poteſtatis, temperari debet ex his, quæ dicētur ſtatim, nam ſi verum ſit, citationē eſſe neceſſariā regulariter, iuxta ſententiam communiorem, clauſula plenitudinis poteſtatis (niſi & alia concurrerent) defectum illius non ſupple-ret. Marcabrunus etiam in loco relato ſupra, plene diſſerit, an citatio, vel notificatio requiratur, vbi pars quæ læditur nihil opponere, vel cum effectu contradicere poteſt.

Sic etiam, atque ex eiſdem deducitur, citationem neceſſariam non eſſe, quando interueniſſent in effectu ea, quæ citatio ipſa allatura eſſet, vt ſi Princeps quāuis vocatos, aut ſubſtitutos non citaue-rit, plenē tamē fuerit de omnibus informatus, atq; inſtructus ſive clauſulas, vocationes, & cōditiones cognouit, & vidit, atq; ſuccedēdi ordinē in diſpoſitione præfixū habuit præoculis, & nihilominus ipſum immutauit, atq; iuri vocatorū præiudiciū irrogare voluit deliberate.

Vel

Vel alia familia interuenerūt, quæ iudices debēt mature perpēdere, ut cōcessio- nem Principis, de iure obtinere firmitatē, vel non obtinere, deliberēt iuridice.

Securius ergo arbitramur, pro casuū occurrentium qualitatibus, & circumstā- tijs diuersis, diuersimode rem definiē- dam (prout negotium suadeat) iudicium arbitrio, & discretioni relinquere, quā vnā, vel alteram partem probare, vel improbare absolute.

Existimamus tamen supremi Regij consilij Senatores præstantissimos, qui Regiæ Cameræ negotijs definiendis, & literis gratiæ expediendis præsumunt, non aliās prædicta facturos, nec iuri cuius- uis præiudicatos, quam si causæ cog- nitio, & citatio interesse habentium, vel prætendentium interuenerit, & ita fieri ex stylo supremorum eorundem con- siliariorum testatur Ludouicus Molina, ubi supra, & rectē quidem, quanuis e- nim ipsorum facultas, & authoritas magna sit, non aliter se habent in actus cuiusque expeditione, quam si omni ex parte illum iustificent, nec cuiquam non citato irrogent præiudicium. Idcirco stylus eiusmodi seruandus, & laudandus proculdubio.

Cæterum sententia ea (ut etiā nostra fert existimatio) non ita stricte accipien- da erit in Principe, nec manus eius, & potestas stylo præfato subiiciēda aliquā- do, si enim subreptionis & obreptionis, & alterius cuiuslibet defectus vitiū ab- sit omnino, nec rerū occurrētium quali- tates, & circumstantiæ contrariū suadeāt collusionis vē, aut fraudis alicuius timor adfuerit, & Princeps de omnibus, quæ di- ci potuerunt, aut contradicendo allegari, fuerit instructus, & informatus spe- cifice, ac maximē si visis, & cognitis in- stitutionis primogenij clausulis, aut cōdi- tionibus contrarijs, ita easdē immutādo statuerit, ac deliberate (ex causa tamen publicæ utilitatis) voluerit, tunc equidē videretur necessario dicendum, conces- sionem ipsius, etiā absque citatione vali- rurā, satis enim ex prædictis, causæ cog- nitionē præcessisse, dici posse videtur, &

cōsequēter eo casu D. Francisc. Sarmien- sentiā obtinere debere, nec Ludouij. Mol. rationes in contrariū vrgere, cū ea concurrant, nec in supremi Senatus Re- gij cōsiliarijs, sed in ipso Principe verse- mur. Nihilominus tamen mature hisce de rebus cogitandum, & deliberandum, semper suademus.

¹⁴ Insuper & iuxta prædicta intelligi nō modo, sed etiam tēperari debebit, ac ali- quando restringi, aliquādo etiam latius accipi, nec ita stricte, altercatio alia Do- ctorum in eo dubio, clausulæ ex certa scientia, & motu prio, & de plenitudine potestatis, clausulæ etiam suppletes, & pro expressis habentes, qualis, & quan- ta sit virtus, & vis. siue quid clausulæ præ- fata, aut vnaquæque ipsarū in Princi- pis gratijs, & cōcessionibus valeāt ope- rari, maxime cū in his versamur, quæ a libera Principis volūtate non dependēt omnino, sed in quibus de præiudicio ter- tij agitur. Et quidem si hucusq; Scriben- tes omnes originaliter, attente præle- geris (prout ego prælegi permultos) mi- ram ipsorum varietatē, & inconstantia in resolutione, & doctrina huius mate- rię deduces, & deteges. Aliquando nāq; maximā vim, & effectū prædictarū clau- sularū probarunt, & adeo magnā, ut ex ipsis actus cuiusq; firmitatē & robur de- duxerint indistincte. Aliquādo vim eādē ellidunt, nec maiore vim, aut efficaciam actui tribuunt, quā ipse de se habeat, clau- sulis eiusmodi nō adiectis, & prorsus de- ficiētibus. Maiore etiā vim tribuūt quā- doq; & magis enixā Principis volūtate ex ipsismet clausulis elliciūt. Maiori ve- rō ex parte (& verius equidē in pūcto & rigore iuris) eā videtur sententiā sustinuis- se, quā ex Ariopin. adiciemus statim, & quæ dictarū clausularū effectū, & vim, restringūt dūtaxat ad vim, & effectū qui ex actu, qui geritur, & natura, atq; termi- nis ipsius deduci cōmode valet, nec vl- tra extendunt ipsarum valorem. Ab hac tamen resolutione, & sententia, quæ re- gulariter (ut dixi) verior est, & tenenda, (& maximē si de subreptione, vel obre- ptione aliqua timeatur) erit aliquando

recedendum, & vis, atque efficacia dictarum clausularum probanda ex casuum occurrentium contrarijs qualitatibus, & circumstantijs, siue quæ contrarium suadeant. Non enim indistincte vigor ipsarum respuendus, cum aliquando plurimum operari valeant. Idcirco iudicis arbitrio rem hanc definendam, securius credidimus in hoc, sicut in præcedenti articulo. Iudicem tamen ipsum instruendum ex his, quæ in ipsomet articulo vis, & effectus dictarum clausularum scripta reliquerunt interpretes nostri varijs in locis latissime, ex quibus equidem sequentes erunt, atque ordine sequenti prælegendi omnino, vt alios qui ab eisdem commemorantur, prætermittam consulto.

Petrus Rebuffus, in commentarijs ad cõcordata Regis Galliar. in forma mada ti Apostolici, in verbo, motu proprio.

Gozadin. in conf. 5. nu. 25. & seq. & in conf. 8. num. 43.

Carolus Ruinus, in conf. 175. nu. 22. & in conf. 229. num. 2. libr. 1.

Staphileus, de literis gratiæ, & iustitiæ, in prima parte, in titulo de vi & effectu clausularum.

Aymon Craueta, in consil. 196. libr. 2.

Antonius Gabriel, cõmunium cõclusionum, lib. 6. tit. de clausulis, conclus. 1. & 2. vbi latissime.

Hippol. de Marsil. in l. de vnoquoq, ff. de re iudicata, ex nu. 14. vsque ad num. 26. & num. 113. & 114.

Ludouicus Molina, de Hispanor. primogenijs, libr. 2. cap. 7. num. 16. & 17. & 18. qui temperandus equidem, atque explicandus est ex his authoris, qui mox referuntur.

Domin. Francisc. Sarmien. selectarum lib. 1. cap. 8. num. 12. in fin.

Petrus Antonius de Petra, in tractatu de potestate Principis, capite 30. conclusione 2. numero 54. folio. 206. vbi ex Bald. & alijs, quod clausulæ motus proprii, & ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, non operantur ultra naturam dispositionis, cui adijciuntur, nec eam immutant, vel ampliant. Et

de prædictis omnibus clausulis de perse & etiam simul iunctis, & vi, & effectu ipsarum latissime eod. c. 30. dubio. 2. & seq. ex fol. 210. vsque ad folium 225. vbi vide omnino, & latius quam alibi.

Syluester Aldobrandinus, in conf. 1. ex nume. 75. cum infinitis seq. vbi latè agit de clausula ex plenitudine potestatis, & numer. 237. cum seq. vbi de clausula motu proprio.

Antonius Galeatius Malbasia, in cõf. 1. numero 42. & tribus seq. vbi de clausula motu proprio, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, & in conf. 13. numero 87. & seq. & in conf. 35. fere per totum.

Petrus Surd. in conf. 278. ex num. 17. vsquè ad num. 21. libr. 1.

Iacobus Menoch. (qui de hac materia, & clausulis omnibus prædictis videndus est omnino, & pluribus in locis iungendus) de arbitrarijs iudicium, lib. 2. cõturtia 3. cas. 201. ex nu. 80. cum seq. & nu. 142. & præsumptione 9. num. 18. & 19. & nu. 24. & quatuor sequent. & præsumptio. 13. ex num. 9. cum quatuor seq. eod. libr. 2.

Menochius metipse, in consil. primo, ex numero 384. vsque ad numerum 391. & numero. 261. & numero 412. & 422. & numero 424. & 352. & numero 428. & 429. & 431. & 433. & 434. & numero 127. & numero 426. & 427. libro primo. Quo loci, clausulæ motus proprii, clausulæ ex certa scientia, & clausulæ de plenitudine potestatis, & clausulæ suppletentes omnes defectus, & clausulæ non obstantibus, & clausulæ pleno iure, vel libere, vim, ius, & effectus multos, plena manu ostendit, nec alibi forsam ita copiose inuenietur.

Menoch. ipse (vbi de omnibus prædictis clausulis, & de clausulis pluribus simul iunctis, vel multiplicatis) in consil. 36. nu. 17. & 18. & 19. & num. 59. cum seq. vsque in fin. conf. libr. 1.

Menoch. metidè, in consil. 103. ex nu. 77. cum octo seq. eod. libr. 1. & in consil. 250. num. 87. & 88. & 117. & 118. & seq. libr. 3.

Et dicto consil. 103. conuenit omnino resolutioni, atque Arii Pineli sententiæ, quam nunc commemorabimus. Breuius in consilio 264. numero 80. eodem libro 3.

Ioannes Matiençus, in l. 7. tit. 7. glossa 7. lib. 5. nouæ collæ et. regiæ.

Ioannes Marcus Aquilius, in l. Galus, §. & quid si tantum, in versicul. quid enim si aque & ignis, num. 116.

Andreas Alciatus, de præsumptionibus, regula 3. præsumptione 11. ad finem.

Andreas Fachineus, in cons. 2. ex numero. 24. vsque ad numerum 32. libr. primo, vbi congerit nonnulla pro effectu, & vi clausularum motu proprio, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis. Postmodum verò ex numero 57. vsque ad numerum 61. ea ellidit, & in præiudicium iuris tertij nihil operari, contendit. Et sic Arii Pineli verbis, & sententiæ protinus adhæret, quanuis illius mentionem non fecerit.

Fuluius Pacianus, in cons. 29. nu. 91. & seq. & in cons. 80. num. 34. & seq. & numero 53.

Iocab. Philip. Portius, regularū, lib. 1. regula 1. per totam.

Antonius Faber, Iurisp. Pap. Scient. titu. 2. de iur. natu. gent. & c. principio 8. illatione 4. confutation. 3. fol. 70. vbi de clausula motu proprio.

Cardinalis Dominicus Thuscus, practicarum conclusionum iuris, tomo 1. litera C. verbo, clausula cōclusionone 340. & duabus seq. ex fol. 855. vsq; ad fol. 859. & tom. 6. litera P. verbo, Princeps, conclusionone 669. per totam, & 670. per totam, ex folio 517. & conclusionone 682. nu. 6. & num. 11. fol. 529. & conclusio. 683. ex fol. 531. & tom. 7. litera S. conclus. 749. num. 4. fol. 822.

Alexander Trentacinius, variarum resolutionum, tomo primo, libro primo, titulo de rescriptis, resolutione 5. ex nume. 30. cū seq. vsque in finem resolutionis, fo. mihi 27. vbi agit de prædictis omnibus clausulis, & vi atq; effectu ipsarum, & an tollant vitium subreptionis, atque obreptionis, de quo etiam An

tonius Gabriel, commun. conclusionū, libro 1. titulo de clausulis, conclusion. 5. Thuscus, tom. primo, litera C. conclus. 339. fol. 854.

Arius Pinelus, vir equidem mihi semper eruditissimus, atq; præstantissimus, & cuius resolutio, atque in hac eadem, qua versamur materia, obseruatio, in pūcto, & ratione iuris scripti, est proculdubio verissima, atq; eidē (vt supra dicebā) maiori ex parte interpretes nostri accessisse videntur, est tamē (vt supra quoq; dixi) téperanda, & restringēda aliquādo ex rerum circumstantijs, & qualitatibus, quæ contrariū suadeant, ex ipsis nāq; & subiecta materia rei de qua agatur, & fraudis omnis, atq; vitij, & collusionis defectu, ex eo etiā, quod Princeps de omnibus instructus, atq; informatus fuisse videatur, nō modicū operari sæpē debent. Authorigitur is, 1. part. rubricæ, C. de rescindenda, cap. 2. nu. 20. cum ex cōmuni interpretum sentētia statuisset numeris præcedētibus, Principē sine causa derogare nō posse testatorū volūtati, in testamētis, in fideicōmissis, & maioratibus, maximē cū præiudicio tertij, inquit dicto nu. 20. *Quoad iustitiam, & honestatem nihil facere, quod Princeps auferendo ius, vel dominium alicui, vtatur clausulis, non obstantibus, ex certa scientia, proprio motu, & de plenitudine potestatis, quod enim sine illis clausulis iuste facere nequit, iisdem adiectis, iniquum esse non desinet. Id enim ratio ostendit, id etiam euincunt iuris regula, verba enim rei veritatem non mutant, nec iustificabunt, quod de se iniquum est, nec iustam potestatem Principis augebunt.* Et hætenus de tercia principali controuersia in hac materia. Cui iunge Petram de potestate Principis, quæstione 8. conclusionone 2. num. 54. fol. 206. & vide fol. 208. nume. 23. & 24. & 27. & 31. & seq.

Prætereà & alia interpretū altercatio nō leuē obtinens difficultatē, ex eisde à me antea admonitis, & adnotatis, & pro natura, & subiecta materia negotij, atq; eiusde qualitatibus, & circumstantijs definiri debet: vtrum inquam in Principe iuri alterius præiudicāte, præsumatur

16 iusta causa, & an sufficiat, quod Princeps causam adesse, siue ex causa iusta excitari, asseruerit, eam vè exprimi, atq; probari, necesse sit. Quo equidem in dubio, vt sententiam meam ego interponam, imprimis monèdum lectorem duxi, triplex in eo articulo reperiri Doctorum placitū, siue tres ipsorum esse opiniones præcipuas. In Principe namque rescribente, siue aliquid faciente, aut cōcedente, etiam in præiudicium tertij, & auferendo ius alterius, quod causa non modo præsumatur, sed etiam iusta præsumi debeat, & Principis assertioni standum sit, tenuerunt authores permulti, quos Antonius Gabriel congesit communium cōclusionum lib. 3. titulo de iure quaesito non tollendo, conclusione 2. num. 4. Iacobus Menochius, lib. 2. præsumptione 10. num. 55. & 56. Iacob. Philip. Portius, lib. 5. regula 16. Ioseph. Mascardus, de probationibus, tomo 1. conclusione 276. & tomo 3. conclusio. 1228. num. 107. & 108. Menchaca, controuerf. illust. lib. 1. cap. 25. num. 17. Ioannes Marcus Aquilinus, in dicto §. & quid si tantum, in versiculo, quid enim si aquæ & ignis, num. 112. vbi citat quamplures, vt Principis assertioni standum sit, & num. 113. Viginti authores aggregat ad hoc, quod iusta causa præsumatur in Principe, & si expressa non fuerit. Et hanc partem magis probat (sed hos non refert) Cardinalis Dominicus Thuscus, practicarum conclusionum iuris, tomo 6. littera P. verbo, Princeps, conclusione 682. fol. 528. & 529. Vbi certam resolutionē non tradit, aut nō exprimit, quam ex his opinionibus credat veriolem.

17 E contrario tamen, quod iusta causa non præsumatur, nec Principis assertioni standum sit, defendunt alij permulti iuris interpretes, quos Antonius Gabri. congesit, dicta conclusione 2. nu. 1. & 2. & 3. Menochius, lib. 2. dicta præsumptione 10. num. 52. qui dicit, hanc opinionem esse veriolem, & receptorē, quando agitur de præiudicio tertij, & sumus in his, quæ sine causa facere non potest Princeps. Et fundat eam vsque ad nu-

merum 55. authores etiam huius partis refert, & in eam magis inclinat Ioseph. Mascardus, de probationibus, tomo 1. dicta conclusion. 276. vbi facit regulam cum pluribus limitationibus, prout refert Thuscus, dict. conclusione 1228 ex nu. 101. cum seq. refert etiam quamplures authores, qui istam opinionem magis amplectuntur, Iacobus Philip. Portius, regularum lib. 5. regula 16. Ioannes Marcus Aquilinus, in dicto versiculo, quid enim si aquæ, & ignis, dict. §. & quid si tantum, num. 111. & dicit, quod Doctores numerosiores tenet eam Francisc. Topius, ad l. Princeps legibus, ff. de legibus, §. 8. num. 32. & 33.

18 Deinde & tertio loco, quod in Principe iusta causa præsumatur, si eam exprimit, & tunc eius assertioni standum sit, secus si nullam exprimit causam, vel minus idoneam; tenuit Alciatus, in tractatu de præsumptionibus, regula 3. præsumptione 8. num. 8. qui tres casus distinxit, vt Menochius dicta præsumptione 10. lib. 2. ex numer. 57. cum seq. refert, & latius commemorat eos. Sed in effectu ita obseruauit Alciatus ipse, vt breuius Fachineus retulit, controuerfiarum iuris, libro 8. capit. 63. columna vltima, in versiculo sexta quaestio est. Qui hanc distinctionem, amplectitur. Ego verò (vt antea adnotauit) nec vnā, nec aliam opinionem probarem absolute, negotij potius qualitates, & circūstantias inspicere mature, & quale tertij præiudicium versaretur, ac eius pro quo gratia, aut concessio fit, personam præ oculis haberē, & iuxta hæc, & præsumptiones vrgentiores rem definirem. Explicarem etiam, & limitarem, atque pluribus in casibus intelligerem, iuxta ea, quæ præfati authores magis communiter obseruarunt dictis in locis, ad quos erit decurrēdū omnino, cū de hoc articulo disputatio, & indagatio se offerat. Deficiētibus vero fraudis coniecturis quibuslibet in contrarium, & non existente præsumptione aliqua subreptionis, vel obreptionis vitij, aut similis alterius, crederem proculdubio, distinctionem hanc Alciati, vt

ti, ut Principis assertioni credatur omnino, quando ab eo exprimitur causa, & pro ea præsumendū sit, veriore equidem, & seruandam. Vere namque valde durum esset, & ab omni iuris ratione alienum, suspicari Principem esse mendacem (quod nec imaginari debet) cum causam ita exprimit, sicuti Fachineus recte animaduertit dicta quæstione 63. in fine. Et ex his comprobatur, quæ supra hoc eodem cap. numer. 3. pro Principe metipso, ex Menochio, Mascardo, & alijs recensui. Ex resolutis etiam per Cardinalem Thuscum, tom. 6. litera P. conclusio. 681. fol. 528. quod Princeps præsumitur dicere veritatem, & causa in eo præsumitur vera. Deinde & probatur ex ratione Clementinæ vnicæ, de probationibus, prout eam recte expendit Alichtatus, nec satisfacit Menochius, dicta præsumptione 10. dicens, textum illum ad causas beneficiale pertineret, cum & in alijs causis, & alijs Principibus, qui superiorem non recognoscunt, eadem ratio militet. Nec etiam in beneficialibus possit summus Pontifex absque iusta causa cuiquam ius suum auferre, quod Fachineus non male animaduertit. Præterea id ipsum probatur, nam & si quam plures tulerint sententiam relatam supra num. 17. indistincte, quod causa iusta non præsumitur in Principe, quando disponit de his, super quibus liberam disponendi facultatem non habet, ac etiam quando præiudicat tertio, etiam si exprimat iustam & legitimam causam, & hoc congeserint relati dict. numer. 17. Gail, etiam practica. observatio. lib. 2. observatione 58. latius Francisc. Topius, ad d. l. Princeps legibus, ff. de leg. d. §. 8. ex numer. 32. cum sequentibus. vsque ad finem, §. qui inquit, quod ea sententia verior est, & meliorationibus rationibus fundata, & cui ideo inhærendum est, quia aliàs, si iusta causa præsumeretur in Principe, sequeretur, quod per indirectum ius alteri quæsitum, etiam sine causa tolleretur, cum possibile sit, causam præsumptam in Principe, vel ab eo expressam, in veritate minime subesse, prout Feli-

mus, Dec. Bosius, Crau. & Fortun. Garc. relati ibi obseruarunt, & huic rationi minime responderi posse, adnotarunt. Quauis inquam ij authores ita tenuerint, & latè Petrus Antonius de Petra, in commentarijs, de potestate Principis, & inferiorum ab eo, c. 30. quæst. 8. principali, de præsumptione iustæ causæ in facto Principis, per totam, & conclusio. 2. principali eiusdem, ex fol. 199. vsque ad folium 207. ubi tradit quam plurimam in hac quæstione. Attamen ij demmet authores recesserunt ab ea, quoties in concessione Principis, & dispositione, etiam in præiudicium tertij facta, iusta aliqua & rationabilis causa valet excogitari, vel argui: & sic multo magis id obseruari debet, quando causa ipsa exprimitur, & ex qualitatibus, & circumstantijs negotij pro ea præsumitur, nec urgentior ratio in contrarium apparet. Quocirca, Petrus Antonius de Petra, dict. 2. conclusione principali, num. 38. & duobus seq. & nu. 43. & 44. licet in dubio prædicto, Principis assertioni quod fuerit motus ex iusta causa, an & quando stādū sit, & quando nō, plures casus distinxerit, ut ibi videbitur, & per totam illam conclusionē, & d. q. 8. principalē latissimē. Vere tamē statuit eadē conclusio. 2. principali, num. 29. fo. 204. post alios multos, quod Princeps ubi exprimit causam iustā, & prima facie verā, nec alia imaginari potest, præsumi debet pro ea, & eius veritate, & assignat rationem, & num. 52. & 53. & 55. fol. 206. subdit, quod causa præsumitur in Principe, quando negotium tale est, ex quo causa argui, & præsumi potest rationabilis, & plura adducit, ex quibus ita præsumitur, ac etiam ex quibus Principis assertioni non statuitur, & conueniunt Arias Pinelus, 1. part. rubricæ, C. de rescind. c. 2. n. 7. qui dixerunt, accedendū non esse indistincte opinioni relatæ supra, d. nu. 17. quod causa iusta non præsumatur in Principe, sed magis attendendā mature qualitatem negotij, ut in multis credatur Principe asserenti, exprimentiq; iustā causā: quod vere negari nō potest, & ita attendēdo, facili negotio respō-

detur rationi illi, cui respóderi nō posse, ex alijs authoribus firmasse Franc. Top. dicebam⁹ nūc. Nō enim indistincte hāc partē pbamus, nec per indirectū liberæ Principis facultati, aut volūtati rē relinquimus, cum negotij qualitates, & circumstantias, & cætera alia, quæ occurrāt, inspici debere, atque ex ipsis definiendum, quid dici debeat, suadeamus. Ad aliud autem, quod præpostere equidē, & minus iuridice Topius meripse contēdit in eadem. l. Princeps legibus. ff. de legibus. §. 6. numer. 2. folio mihi 78. quo loci, potestatis absolutæ & ordinarię distinctionem, in humanis Principibus male à Doctoribus constitutam, secundum Didac. Couarr. & Pinel. (vt ipse dicit) imò bene cōstitui, & probari, indequē & Angeli sententiam tuendam, quā supra hoc eodem libro 3. cap. 6. improbauī, faciliore equidem negotio respondetur ex his, quæ eodem cap. 6. relati authorēs (ac maxime Hippolyt. Riminal.) quem ibidem commendauī, scripserūt, ex ipsis namquē concludenter adeò respósum præbetur ei sententiæ, vt nullo pacto sustineri ipsam posse, & præfatum authorem eam probātem, errore manifesto lapsum fuisse, deprebendatur concludenter, quod & vltra relatos ibi, & cap. 28. libri secundi commemoratos, deprehēditur quoque ex observationibus Petri Antonij de Petra, dicto tractatu de potestate Principis, & inferiorum ab eo, cap. 30. per totum, ex folio 155. vsque ad folium 189. vbi eorū capitum materiā, & an & quando Princeps in iure iam quæsito, vel inquerendo possit præiudicare substitutis, aut successoribus, vel alijs quibuslibet, & an ex causa publicæ utilitatis, vel ex alijs causis possit, tractat latissime, & vide dicto folio 189. in controuersia veritatis. 7. quæstionis principalis, vsque ad folium 199. vbi longa serie adducit exempla ad cognoscendum causam utilitatis, & necessitatis, quibus Princeps excitari de iure potest, vt iuri tertij præiudicet.

Ac denique animaduerte, sentētiam

illam, relatam supra, dicto numero 18. quam Menochius, in loco ibi relato dānauit, alio in loco Menochium eundem probasse. Is namque in consilio 100. numero 23. & sequent. libro primo, post alios authores, quos citat, ita vt ibi diximus, distinxit, prout eū retulit Mascardus (quem Fachineus non citat) de probationibus, tomo 3. conclusione dicta 1228. numero 109. vbi inquit, conciliari posse opiniones contrarias relatas, distinguēdo hoc modo, aut Princeps expressit causam in literis, propter quam vult alteri præiudicare, & hoc casu illa causa creditur esse vera, & procedit prima opinio, de qua supra, numero 16. aut non expressit causam, sed impliciter dixit id, quod concessit, & aliqua causa verisimilis potest imaginari, & creditur similiter Principi, aut non expressit causam, nec aliqua potest imaginari, & tūc non creditur Principi, & procedit secūda opinio. Et Mascardum sequutus est Cardinalis Dominicus Thuscus, tomo 6. litera P. conclusione 681. numero 3. folio 528. columna 2. in principio, ibi: *Amplia, quia si Princeps causam exprimat, præsumitur pro ea, & non potest probari contrarium.* Id tamen, atque articulus prædictus intelligi semper, & explicari debet, prout dicto numero 18. notauī, quāuis Mascardus metipse, dicta conclusione 1228. numero 110. & aliter conciliari posse eas opiniones contrarias crediderit, vt scilicet prima opinio procedat quo ad inducendam præsumptionem, & transferendum onus probandi in aduersarium. Secūda quo ad plenam probationem non inducendam. Cæterum quod indistincte inducit plenam probationem, si Princeps motu proprio, atq; excerta scientia in concessione mouetur. Quod tamen (vt vides) difficultatē non leuem continet, cum nisi alia concurrant, quæ ita suadeant, iuxta ea, quæ dicto numero 18. adnotauī, clausulæ hæc nihil ampliare, aut immutare dispositionem super qua adiiciuntur, debeant, vt supra quoque ex alijs authoribus obseruauī, nisi etiam Princeps in cōcessione,

vel facto suo attestaretur de diligenti inquisitione facta, & causæ cognitione plenissima adhibita, & ex alijs iustis causis animum suum mouentibus, vt ex Gozadino scripsit Petra dicta conclusione 2. principali, numero 55. fo. 206.

19 Ultimo tandem, atque eodem pacto deducitur ex superioribus, recta iuris ratione placitum aliud Doctorū in hac eadem materia procedere, & explicandum fore, Principē inquam, legem generalem condendo, posse iuri primogenitorum, eorumvè, qui aliàs successuri essent derogare, & iusta ex causa, atque publicæ utilitatis præiudicare, siue ex publica utilitate nouum, certūq; succedēdi ordinē, & formā præscribere. Id quod euidenti & vera ratione elicitur ex his omnibus, quæ hæcenus dicta fuere; nam si in casu particulari, siue priuata concessione, aut gratia id valet efficere ex causa, etiam certarum personarum damnum & præiudicium respiciendo: multo magis generali lata id efficere poterit, & ita in terminis post Alexandrum, Romanum, Castrensem, & alios obseruarunt M. Anton. Peregrinus, de fideicommissis, articulo 52. nu. 113. & 114. Cardinalis Dominicus Thuscus, practicarum cōclusionum iuris, tomo 6. litera P. conclusione 680. numero 7. & 18. folio 524. & 525. Azeuedius, & Matiençus, statim referendi, Pelaez a Mieres, de maioratu, in initio secundæ partis, numero 62. & 63. Idq; in hisce
20 Regnis probatur ex legis Regiæ 7. titulo 7. lib. 5. nouæ collect. expressa decisione, ibi namque ex causa illa publicæ utilitatis, quia nobilibus Regnum defenditur, & reipublicæ expedit domos nobilium conseruari, & augeri, & si non conseruentur, & augeantur, damnum reipublicæ euenit. Expedit etiam, ne eorundem nomen memoria, & splendor deficiat, siue confundatur aliquo modo; statutum est constitutione generali, leges, & conditiones primogenituræ, siue succedēdi ordinem regularem variari in præiudiciū successorum, vbi duo maioratus excedentes summam

ibi præscriptam, vniuntur per matrimonium, vt succedat genitus secundo, primogenito excluso in vno eorum, nec in vtroque primogenitus succedere valeat, sed in vno dūtaxat, quem elegerit, & secundogenitus in eo, quem reliquerit primogenitus, & ita ex eadem l. recte deduxit, & maioratus leges, clausulas, & cōditiones tolli, & immutari posse per Principem, per legem generalē ex causa publicæ utilitatis, atque ex eadem publica utilitate, primogenitorum iuri derogari: obseruauit in eadem lege Ioannes Matiençus, glossa 3. & 4. & 5. & 7. & Azeuedius, numero primo & secundo, Mieres, vbi supra, dicto numero 62. & quidem cum ratio legis ipsius
21 7. ibi: *La memoria de los fundadores de los dichos mayorazgos, y la fama dellos, y de sus linages se ha disminuydo, y cada dia se disminuye, y pierde, consumiendose, y menguandose las dichas casas principales. Lo qual demas de ser perdida de los dichos linages, que por los buenos seruios que a los Reyes nuestros predecesores hizierõ, como merecian ser honrados y acrecentados, merecen de nos y de nuestros sucesores ser sostenidos y conseruados, es assi mismo mucho de seruios nuestro, y daño y perjuyzio de estos nuestros Reynos.* Cum inquam huiusce legis ratio, adeo generalis sit, & finalis causa cōstitutionis generalis ipsius, quāuis specificè loquatur, quando maioratus duo vniuntur per matrimoniū, debet etiam accipi, atque intelligi, & absque dubio procedere, quando ijdemmet maioratus duo, etiam extra casum matrimonij, vel successione, vel alio modo vnitifuerint. Militat enim eadē, atque æqualis ratio, nec aliqua differētia reddi potest inter vnionem ex causa matrimonij, & ex causa successione, vel ex alia, nec etiam potest restringi ad illum casum duntaxat, & ideo generaliter (vt dixi) obtinebit, & etiam in primogenijs antiquis, & in quibus ab initio fundationis primogenitus, & eius linea ius firmum habebant, non tantum in his, qui tempore celebrati matrimonij instituti & fundati fuerint. Quod ex verbis legis

gis eiusdem fateri, atq; ex ratione ipsius 24
 finali agnoscere, vis est. Et aperte acce-
 pisse videntur, nec aliquē casum distin-
 xerūt Azeu. ibidē nu. fin. verbo, *sin embar*
go, Matien. glo. 5. nu. 1. Ratio nanq; legis,
 vel dispositionis cuiusq;, est anima legis
 & spiritus dispositionis, & potior pars
 22 ipsius, imò & ipsa dispositio. Et sic suffi-
 cit, quod casus decidatur in ratione le-
 gis, licet non decidatur in verbis. Expres-
 sum enim dicitur, quod sub ratione legis
 cōprehēditur, nec dicitur fieri interpre-
 ratio extēsiua, sed cōprehensiuā. Sicuti
 ex Bal. Alex. Aret. Socin. Dec. Paris. Ro-
 lan. Curt. & alijs multis, obseruarūt Ti-
 raq. in l. si vnquam, in verbo, libertis, ex
 nu. 38. C. de reuocan. donat. Ludou. Mo-
 lin. de Hispanor. primog. lib. 1. cap. 5. qui
 multis exornat ex nu. 7. cum seq. Ioann.
 Gutierrez, practicar. libr. 3. quæst. 17. ex
 num. 75. cum multis seq. vsque ad num.
 120. Cardinalis Franciscus Mantica, de
 coniecturis vltimarum voluntatum, li-
 bro 6. titulo 14. per totum. Simon de 25
 Pretis, de interpretatione vltimarū vo-
 luntatum, libro 2. interpretatione 4. du-
 bitatione 2. solutione 3. ex num. 14. cum
 seq. fol. 270. Camillius Gallinius, de ver-
 borum significatione, libr. 5. cap. 11. cum
 seq. Alphonfus Villaguta, in tractatu de
 extensione legum, præludio 22. fol. 17.
 & nullo ex his commemorato, nouissi-
 me Cardinalis Dominicus Thusc. pra-
 cticarum conclusionum iuris, tomo 6.
 litera R. conclusione 31. per totam, ex
 folio 828. vbi latè, quod ratio legis
 vbi militat, ibi lex loquitur, & disponit,
 & conclusione 32. per totam, folio 831.
 23 Quod ratio legis regulat ipsam legem,
 & ideo attendi debet omnino, & prin-
 cipaliter in consideratione haberi, non
 aliter attento sono verborum, idque
 in omni dispositione legali, contractus
 testamenti, & qualibet alia, l. emptor. §.
 finali, ff. de rei vendication. l. prima. C.
 de condi& ob causam. Socinus, in con-
 silio 251. column. 4. libro 2. Parisius, in
 consilio 32. numero 42. & sequent. libr.
 primo. Rolandus, in consilio 99. numer.
 46. & seq. libro 4. Hondedei, in consilio

29. numero 82. libro primo. Ampliatur-
 quē, vel restringitur, vel declaratur, aut
 verificatur dispositio quælibet, siue le-
 galis, siue hominis, ex ratione, qua dis-
 ponens motus fuit ad disponendum, inf-
 piciedo principaliter, an intentio, &
 finis rationis seruetur ad vnguem, l. cum
 pater, §. dulcissimis, ff. de legatis secun-
 do, l. nomen debitorum, §. finali, ff. de le-
 gatis tertio. Quibus plura cumularunt
 Molina, Gutierrez, Mantica, Prætis,
 Gallinius, Villaguta, & Thuscus, in lo-
 cis antea relatis. Tiberius Decianus, in
 consilio quinto, ex numero octauo, li-
 bro quinto. Peregrinus, de fideicom-
 missis, articulo vndecimo, ex numero
 54. Mascardus, de probationibus, tomo
 tertio, conclusione 1417. numero trige-
 simosecundo. Borgninus Caualcansus,
 decisione vigesimatertia, numero vige-
 simoseptimo, & vigesimonono, parte
 tertia, qua vel sola ratione & motiuo,
 quoda ratione expressa in dict. l. septi-
 ma, & legis ipsius conditorum intentio-
 ne aperta deducitur, responderi, atque
 satisfieri poterit omnibus his, quæ vt cō-
 trariam sententiam tueatur, & decisio-
 nē l. eiusdē 7. restringat ad maioratus,
 qui per matrimoniū iunguntur, nec pro-
 cedere asserat in his, qui per successionē
 iuncti fuerint, siue extra casum matrimo-
 nij, cōsiderauit, & cōgessit Perez de La-
 ra, in cōmentarijs, de Capellanijs & an-
 niuersarijs, lib. 1. c. 5. ex n. 13. vsq; ad n. 29.
 secutus Pelaez à Mier. in idē placitū re-
 solutionē, de maioratu, l. p. q. 30. n. fin. in
 finalibus verbis. Vere nanq; Regia l. ea-
 dem 7. nec pœnalis ita absolute dici po-
 test. cū fauorem maximū, & reipublicæ
 vtilitatē in eo quod exprimit, contineat.
 Nec etiā in lege pœnali, aut correcto-
 ria, ita indistincte negari potest extēsiō,
 cū si eadē ratio militet, & mēs legisla-
 toris id suadeat, fieri debeat extēsiō, & si
 lex fuerit correctoria, & pœnalis, nec
 extēsiō dicatur, sed magis comprehēsiō
 eo casu, quæ nunquā excluditur, quan-
 tūcūque pœnalis & correctoria lex sit,
 quod Villagat. relatus ab eodē Lara, nu.
 24. defēdit cōstāter, atq; ex his ellicitur

concludēter, quæ D. Barbosa, in l. si cō-
stāte 25. in principio. ff. soluto matrimo-
nio, num. 92. vsq; ad 97. & numero 101.
cum sequent. latius reliquit scripta, atq;
adnotata in eodem proposito legis pœ-
nalis & correctoriæ, sic nec lex ipsa 7.
restringi potest ad maioratus, qui tem-
pore matrimonij instituuntur, vel sunt,
cum potius loquatur, & sine dubio pro-
cedat in maioratibus iam institutis &
antiquis, & sic in quibus primogeniti &
lineæ ipsius ius, originem & fundamen-
tum habebat à principio, quanuis aliun-
de prouenerint, vt indistincte accipiunt
Azeuedius ibidem, & Matiençus, glos-
sa 5. & 7. Parladorius etiam, qui senten-
tiam hanc rectius tenuit 3. parte, quæ-
stione 5. vbi defendit, dictæ l. 7. constitu-
tionem comprehendere casum succes-
sionis, quanuis eum carpiat D. Perez de
Lara, vbi supra, nu. 33.

26 Remanet ergo ex sui ratione, atque
ex causa illa, adeò cōsiderabili & iusta,
sic iustificari legis eiusdem 7. constitu-
tionem ad exclusionem filij primoge-
niti, & descendentiū ab eo, & secun-
dogeniti filij, aut filix admissionem in
eo maioratu, quem primogenitus eli-
gere nolluerit, vt & ipsa lex generaliter
debeat obtinere, & seruari (vt dixi) ac
etiam nouum & notandum decidat ca-
sum in materia repræsentationis, nec le-
ge 40. Tauri decisum. Lex namque ea
Tauri, licet nepotis & patruī contro-
uersiam dirimat expressim, & lineæ pri-
mogenitæ prælationem, atque succe-
dendi prærogatiuam concesserit, vt fi-
lij, & eorum descendentes omnes pa-
trem suum repræsentent, vbi aliud ab
instituto dispositum non fuerit, vt su-
pra hoc eod. lib. 3. cap. 19. per totum, lō-
ga serie adnotauimus, atque explicavi-
mus, non tamen decidit casum dicta l. 7.
decisum, & in materia repræsentatio-
nis, adeò notandū, & nouum; vt in ter-
minis eiusdem l. Tauri, ambiguus esset,
& incertus, scilicet quando maioratus
duo incompatibiles fuerint, iuxta termi-
nos legis ipsius, vt in eis primogenitus
simul succedere non possit, sed in vno

rātum, quem elegerit, an succedere de-
beat filius primo, aut secundogenitus
eiusdē primogeniti, siue aliquis ex des-
cendentibus ab eo, ex lineæ prærogati-
ua, & iure repræsentationis patris ip-
sius, vel successio deferatur, & compe-
tat fratri secundo, & descendentiū ab
eo, & sic patruo cōtra nepotem. Et qui-
dem in hoc casu (qui lege dicta 40. Tau-
ri non erat decisus) Regia l. dicta 7. titu-
lo 7. libro 5. fratrem secundogenitum
præfert, & filij primogeniti filios, &
descendentes, nō modo primogenitum
ipsum excudit, quasi casus hic ex præ-
sumpta, & recte coniecturata instituto-
rum maioratum mente, & prædicta l.
ipsius 7. ratione, comprehensus nō fue-
rit sub regula generali, & decisione di-
ctæ l. 40. Tauri, sed potius contineri vi-
deatur in exceptione legis eiusdem 40.
ibi, *Saluo si otra cosa*: & sic in hoc casu di-
uersum ius constituitur ab eo, quod in
dicta l. Tauri 40. cōstitutum antea fue-
rat, & in diuersis terminis vtpote cum
in d. l. 40. Tauri, pater, aut ascendēs, qui
successurus esset, si viueret, & qui repræ-
sentatur à filio, vel descēdente, præsup-
ponitur mortuus, capax tamen succes-
sionis si viueret (vt dictū est) sed in l. 7.
ti. 7. pater, vel ascēdens, qui repræsentā-
dus esset, viuus præsupponitur, & eli-
gendi alterum ex duobus maioratibus,
facultatem habens, exclusus tamen à
successione vnus propter rationem fi-
nalem dictæ l. 7. quod est verissimum, &
menti ipsius valde conueniens.

Quod si dixeris, negari non posse,
quin si casus in dicta l. 7. titulo 7. libro 5.
decisus, ex præsumpta, & recte conie-
cturata institutorum maioratum men-
te, sub exceptione magis, quam sub ge-
nerali dictæ l. 40. Tauri comprehende-
retur, idem dici debuisse, atque in eadē
l. 7. decidi, etiam quādo duo maioratus
iungerentur, qui summam ibi prætaxa-
tam non excederent, eadem enim ratio
militat, nec minor, aut maior maiora-
tuum summa, vel quantitas diuersum
ius inducere valet, sicut nec præsumptā
institutorum mentē diuersam arguere.
Respon-

Reſpóderi equidem, ſi aliquo pacto po-
teſt, reſpóndendū erit, verū eſſe, in vtro-
que caſu eandem præſumi poſſe, & de-
bere inſtitutorum primogeniorum in-
tentionem, & voluntatem, nec quanti-
tatem maiorem, aut minorem; diuerſi-
tatem inducere valere: eadem tamen
lege lata, adhuc inſtitutorum mentem
præſumptam (non modo diſpoſitio-
nem expreſſam) ſeruari debere ad vn-
guem, vt ſi expreſſa, vel præſumpta vo-
luntate tantum (ex legitimis tamen &
claris coniecturis deducta) conſtiterit
aperte, nolluiſſe inſtitutores eorum ma-
ioratum coniunctionem, ſiue id inten-
diſſe, ne confundantur ſimul (quod ex
clauſulis adiectis, & alijs grauaminibus
deduci valebit) tunc proculdubio ſer-
uanda eorundem voluntas erit, etiam
præſumpta, quantunuiſ maioratus non
excedant ſummam in dict. l. 7. prætaxa-
tam, voluntas namque totum facit, &
diſpoſitiones principaliter regit, atque
dominatur (vt iura vulgata enuntiant)
nec ad eum caſum ſe extendit legis ip-
ſius diſpoſitio, ſed in caſu dubio duxta-
xat, & quādo expreſſa inſtitutorum diſ-
poſitio, vel præſumpta tantum, (euidēs
tamen) contrarium non indicat, bono
rerum ſtatui, & gubernationi lex dicta
7. titul. 7. lib. 5. proſpiciens, id ita ſtatuit,
& mediam eam viam eligens, ad eam uſ-
quē ſummam deciſionem ſuam coar-
ctat, quanuis intra eam quoque ſum-
mam, præſumpta inſtitutorum mens vr-
gere videretur. Sed eā in conſideratio-
ne non habet, niſi in ea ſumma, ſic enim
expedire, vel illam viam ſumi, eo tem-
pore viſum eſt conueniens. Nuſquam
tamē excluditur, quin ex voluntate ex-
preſſa, vel ex præſumpta (manifeſte ta-
mē deducta) etiam intra eam ſummam,
ſiue duorum maioratum minoris ſum-
mæ coniunctio procedere nullo modo
valeat, quod eſt notandum, quia ſubtili
equidem, & longa conſideratione ſic
ſcriptum, nec alibi obſeruatum.

Notandum etiam & aliud, à nemine
hucusque tactum, nec adnotatum, quod
ad exclusionem totius lineæ primoge-

niti, vnū ex duobus maioratibus, quem
voluerit, eligentis, & ſecundogeniti,
ac eiufdem deſcendentium admiſſio-
nem, licet lex ipſa 7. rationem nō aſſig-
nauerit expreſſim, quanuis quoad pri-
mogenitum ipſum, publicæ vtilitatis ra-
tionem illam in præſatione enuntiaue-
rit, nec deſcendentium quoque ab eo ex-
cluſionis rationem expreſſerit, negari
non poſſe, quin lex ipſa iuſtis de cauſis
excitata, atque adducta fuerit, vt ſecun-
dogeniti, & eius lineæ vtilitati conſu-
leret, & primogeniti deſcendentibus,
ſiue lineæ eam præferret. Quanuis du-
rum aliquibus videri poſſit, id lege illa
ita ſtatutum, imō & iuris ratione, poſſe
legem eandem muniri, & iuſtificari, ſi
neceſſe eſſet, nec ſola legis authorita-
te, diſputandi de ipſius iuſtitia, & ratio-
ne, facultas ſublata videretur. Tametſi
verū ſit, quod aliquo ex deſcendentibus
primogeniti, nō eiufdē primogenito ad-
miſſo, ceſſaret etiā inconueniens illud
confuſſionis nominis, & memoriæ ma-
ioratus alterius, ex quo tamen lex ip-
ſa id excludit, & ſecundogeniti cauſam
prætulit, totius lineæ primogeniti con-
ſiderationem iuſtis de cauſis non ha-
buiſſe videtur. Imo & publicæ vtili-
tatis cauſa vera interueniente, non ad-
ſtrictum Principē, vno potius, quā alio
modo ei cōſulere, vt ſupra dilucide &
noue obſeruauimus. Et de his haſtenus.

Ex capite vigefimo- nono.

SUMMARIVM.

M *Aſculorum deſcendentium
appellatione, utrū maſcu-
li duntaxat ex maſculis; an
etiam Maſculi ex ſæminis compre-
hendatur, vel comprehenſi præſu-
mantur.*

*Articulam valde dubium, & de quo
permulti tractarunt auctores, qui
commemorantur hoc loco.*

2 Maſ-

- 2 *Masculorum descendentiū appellationem, siue mentionem non cōprehendere masculos ex fæminis, sed masculos ex masculis duntaxat, in fideicōmissis, & ultimis volūtati bus, ex sentētia multorū iuris interpretū, qui hoc numero aggregantur.*
- 3 *Et huiusce partis fundamenta breuiter & distincte expenduntur.*
- 4 *Masculi ex fæminis cōprehendūtur, ac cōprehensi præsuntur masculorū descendentiū appellatione, & admittuntur ad fideicōmissum factum pro descendentiū masculis, ex sententia aliorum iuris interpretum, qui recensentur hoc loco.*
- 5 *Et ibidem fundamenta ipsorum adducuntur.*
- 6 *Masculi ex fæminis appellatione masculorū descendentiū veniūt, quādo ratio agnationis; nec expressa, nec cōsiderata est, & sic nullomodo abita. Secus tamē si h abita, idq; ex sentētia aliorum, quæ in effectu nō differt à secūda sentētia relata supra, nu. 4.*
- 7 *Masculi ex fæminis, utrū descendentiū masculorū appellatione cōprehendātur, & cōprehensi videātur, difficile admodū, & cōtrouersum articulum esse, nec certo aliquo iure decisum, ex sententia authoris.*
- 8 *Masculi ex fæminis, ut appellatione masculorū descendentiū cōprehendantur iura pro authoribus relatis supra, nu. 5. adducta, nequaquam eorum sententiā probare, ut latius hic obseruatur.*
- 9 *Socin. Castr. & aliorū placita, quæ expēdi solēt in fauorē opinionis secūda relata supra, nu. 4. nequaquam eam probare, prout hic ostēditur, remissive.*
- 10 *Masculi ex fæminis nō sunt ita proprie & intrinsece masculi, prout masculi ex masculis, ex sentētia quorūdā.*
- 11 *Contra ex sententia aliorum.*
- 12 *Masculi ex fæminis absq; dubio non veniunt appellatione masculorum descendentiū, quando expressim, vel subintellecte (aperte tamen) habita fuit ratio agnationis.*
- 13 *Descendentiū appellatione, veniūt tā masculi, quā fæmina, & siue ex masculis, siue ex fæminis in infinitum descendentes.*
- 14 *Liberorum & filiorum appellatione, fæmina, & masculi ex fæminis cōprehenduntur.*
- 15 *Filiorum appellatione, an, & quando veniant filie, & ipsarum descendentes, remissive.*
- 16 *Filij masculi quando vocantur, masculi ex fæminis nō cōprehendūtur.*
- 17 *Voluntatē testatoris in materia fideicōmissaria, primo loco, & ante omnia spectandam.*
- 18 *Quinimo & coniectura tam mentem preferri verbis.*
- 19 *Masculi ex fæminis, utrū appellatione masculorū descendentiū cōprehendantur, aut cōprehensi censeantur, vel nō, ex volūtate & cōiecturis mentis testatoris potissimum diudicandum, ut hic obseruatur.*
- Atquē ex ipsa, & casuum occurrentiū qualitatibus, & circumstantijs diuersis, aliquando negatiue, aliquādo etiam affirmatiue opinioni locū fore, prout coniectura & præsumptiones concurrentes suadeāt, & ibidem adnotatur.*
- Ac etiam in idem quorundam interpretum placitum & cōsensus, non e-*

- ponderatur, & vide infra num. 25.
- 20 *Jacobi Menochij in explanatione articuli prefati, utrum masculi ex fœminis, appellatione masculorum descendentiũ comprehendantur, diligentiam, & industriã laudandam, & resolutionem ipsius commendandam.*
- Nec ab eo facile recedendum ex his, qua Franciscus Mantica in contrarium longa serie adnotauit.*
- Nisi cū illis presumpsa mens, & uoluntas testatoris, & coniectura legitima ipsius concurrant.*
- Non etiam recedendum ex his, qua Antonius Faber pro masculis ex fœminis ingeniose scripta reliquit.*
- Nam licet urgere uideatur, & urgeant, uere tamẽ in materia fideicommissaria, ac maxime in primogenijs Hispania, non obtinebunt, nisi masculi ex fœminis coniectura, etiam presumpsa uoluntatis aliqua se iuuent.*
- Quasi iudices discreti maturo iudicio perpẽdere debebunt, ut pro casuũ occurrentium qualitatibus, & circumstantijs diuersis, & prout res, & presumptiones suadeant, diuersimode etiam statuunt.*
- 21 *Masculi ex fœminis, ut exclusi censentur, uel admissi, cū masculi descendentes uocantur, nihil interesse, cū agnatio nõ conseruatur, an à fœmina, uel à masculo dispositio facta fuerit, uel quod masculo, aut fœmine substitutio fiat.*
- Sed presumpsa mentẽ & uoluntatem potissimũ spectandam, qua ex alijs in testamento expressis ellicipoterit.*
- 22 *Michaelis Grassi in prefato articulo*

- admissionis, uel exclusionis masculorum ex fœminis, quando masculi descendentes uocantur, lapsus derogitur, & conuincitur.*
- 23 *Masculinitatis nuda, aut sexus masculini, & nõ agnationis ratione haberi posse in uocatione descendentiũ masculorũ, certissimi iuris esse. Et tunc (si modo id actũ constet manifeste) masculos ex fœminis admitti.*
- Alias excludi, ut numeris precedentibus remanet scriptum.*
- 24 *Masculorum descendentiũ appellatione, & si ratio conseruanda agnationis deficiat, alia tamen rationes urgere possunt, ut masculi ex fœminis non admittantur, nec ipsos admittit testator uoluerit.*
- 25 *Antonij Fabri locus, conueniens his, qua adnotata fuere supra, nu. 19. nouiter expenditur.*

Masculi ex fœminis, an, & quando masculorum descendentiũ appellatione cõprehendantur, uel comprehẽsi dicantur in fideicommissis, & ultimarum uoluntatũ dispositionibus, diligẽs, & breuis explanatio, qua (ut uidebitur) resolutione, & distinctione adnotata relinquuntur nonnulla, quæ ita dilucide explicata antea non fuerant.

Caput uigesimum nonũ.

Prodilucida, & distincta huiusce capitis explicatione obseruandum, atq; confi tuendum erit primo loco, masculorum descendentiũ appellatione, utrũ masculi duntaxat ex masculis, an etiam masculi ex fœminis comprehendantur, uel cõprehensi præsu-

præsumantur, idque maximè in testamè-
tarijs, & fideicommissarijs dispositioni-
bus: articulum hunc, valde dubiū equi-
dem esse, siuè maximam proculdubio
difficultatem, atque inter scribètes om-
nes contrarietatem continere. Idcirco
dubium metipsum, quo diligentius, &
maturius explanetur, non modo ex anti-
quioribus, & ordinarijs permultos, ori-
ginaliter prælegisse, sat esse, sed etiã re-
cètiores omnes (nemine excepto) euol-
uisse, atque attente vidisse, & cum occa-
sio se offerat, prælegendos omnino, ne-
cessarium fuisse (non enim aliorum rela-
tione possunt omnes iuris authores, qui
præcitātur, degustari absolute, nec etiã
ipsorum placita, & resolutiones ad vn-
guè deduci) fuerunt ergo, & in eodem
articulo sequètes sunt originaliter præ-
legendi in casu occurrenti.

Fulgosius, in consil. 85.

Aimon Craueta, in consilio 22. nu-
mero 10.

Hieronymus Gratus, videndus omni-
no, in consil. 120. lib. 2.

Alciatus, in consilio 563. per totum,
& in consil. 96. num. 33.

Carolus Ruinus, in consilio 18. per to-
tum, lib. 3.

Corneus, in consilio 246. lib. 2.

Rubeus Alexander, in consilio 22. &
in consilio 128.

Andreas Tiraquelus, de primogeni-
tura, quæst. 12. num. 12. & 13.

Rolandus à Valle, in consil. 76. num.
11. & 15. lib. 3.

Beroius, in consilio 77. nu. 11. lib. 2. &
in consil. 120. nu. 52. 59. & 82. lib. 2.

Hieronymus Gabriel, in consil. 96. nu.
22. lib. 1.

Riminaldus Senior, in consil. 223. nu.
23. & seq.

Tiberius Decianus, in consil. 127. ex
num. 15. vsque ad num. 26. lib. 3. qui citat
Baldum multis in locis, vbi est omnino
legendus, & maximè in consil. 40. quidã
magnus nobilis, lib. 3. videndi etiam sunt
permulti alij authores, qui ideò hic nõ
cómemorātur, quod ipse eos recenseat.

Albanus, in consil. 86. & 87.

Cremensis, singulari 21.

Iacobus Mandellus de Alba, in consil.
86. & 87.

Ioannes Cephalus, in cõsilio 581. per
totum, lib. 4.

Rota Romana, decis. 15. nu. 1. 2. parte,
in nouissimis.

Aluarus Valascus, de iure emphiteu-
tico, q. 41. num. 5.

Ludouicus Molina, de Hispanorum
primogenijs, lib. 3. cap. 5. ex num. 41. cum
seq. & maximè num. 45. & tribus sequen-
tibus.

Pelaez à Mieres, de maioratu, 2. p. q.
6. num. 52. & tribus seq. & num. 58. & 56.
& 60. & 61. & 64. & 65.

Velazquez Auenda, in l. 40. Tauri, glo.
9. nu. 73. & 74.

Franciscus Mantica, de coniecturis
vltimarum voluntatum, lib. 8. tit. 18. fere
per totum, maximè nu. 20. & seq. & nu.
48. & seq. & nu. 54.

Hippolyt. Riminal. in consil. 782. nu.
43. & 44. lib. 7.

Franciscus Bursatus, in consil. 228. nu.
63. lib. 3.

Iacobus Menoch. qui in prosecutio-
ne, atq; explanatione articuli prædicti
alios antecellit, & excellèter loquitur,
idcirco vidèdus est omnino, atq; ex ipso
masculi ex fœminis, appellatione mas-
culorum descendendum comprehensi
minime censentur, nec veniunt, in consil.
172. per totum, lib. 2. maximè ex num. 12.
vsque ad numerum 20. & numero 23. &
24. & numero 28. in fine, & numero 32.
in fine, & numero 33. cum seq. vsque ad
numerum 39.

Menochius ipse, in consilio 522. num.
7. lib. 6.

Ipse Menoch. in consil. 802. lib. 9. fe-
re per totum, maximè num. 35. & sequen-
tibus, & num. 44. & numer. 53. & seq. &
numero 58. vbi quod in vltimis volunta-
tibus appellatione descendendum mas-
culorum non continètur masculi ex fœ-
minis, & num. 71.

Euerardus, in consilio 128.

Sfortia Oddi, in tractatu de compen-
diosa, part. 6. art. 6. conclus. 3.

Quotidian. controuerſ. iuris.

Fabius de Anna, in conf. 53. n. 117. lib. 1.

Sylueſter Aldobran. qui contra mafculos ex fœminis, vt ipſi appellatione mafculorum descendētium non veniāt, nec cōprehenſi pręſumantur in omni diſpoſitione, ac maximē in teſtamentaria, & fideicommiſſaria materia, ſtrictē, & forte loquitur, & per multas interpretum authoritates recenſet; idcirco vidēdus eſt originaliter, in conf. 3. ex nu. 9. cū ſeq. & nu. 33. cum ſeq. & in conf. 5. ex nu. 1. cum pluribus ſeq. & in conſilio 6. ex num. 1. cum multis ſeq.

Marcus Anton. Peregrin. de fideicōmiſſis, art. 26. per totum, vbi vide omnino. Maximē, quod attinet ad fideicommiſſa, & vltimas voluntates, ex num. 15. vſque ad num. 23.

Michael Aguirre, ad ſucceſ. Regni Portug. part. 1. num. 28.

Vegius, in conſilio 63. num. 74.

Michael Graſſus, receptarū ſententiarum, §. fideicōmiſſum, q. 35. nu. 3.

Alexander Trétacinquius, de ſubſtitutionibus, 4. parte, cap. 7. numer. 10. per totum, folio 137.

Ioannes Petrus Surdus, in conſil. 85. num. 10. & ſeq. lib. 1. & in conſil. 241. nu. finali, libro 2. latius in conſilio 316. nu. 3. & num. 6. & 7. & 8. lib. 3. & in conſil. 317. num. 1. & in conſil. 308. ex num. 1. vſque ad numerum 9. & numero 14. & 17. eodē libro 3.

Surdus metipſe, in conſilio 475. num. 4. & 6. & 19. & 21. & 31. & in conſilio 551. num. 31. lib. 4.

Ludouicus Caſanate, in conſil. 23. ex nu. 1. vſque ad num. 5.

Deciſio Rotæ 15. numer. 1. parte 2. in nouiſſimis.

Anton. Cioſius, in conſil. 4. nu. 7. lib. 2.

Antonius Faber, qui vidēdus erit omnino, & à me commēdatur ideò hoc loco, quod in propoſito articulo ingenioſe equidem, & erudite (vt adſolet) ſe habet, & pro mafculis ex fœminis fortiſſima fundamenta expendit, vt ipſos cōprehenſi ſub vocatione mafculorū descendētium probauerit; de erroribus pragmaticorū, tom. 2. decad. 28. errore

8. per totū, ex folio mihi 140. in fine, vſque ad folium 147. & vide eundē, eodē loco, errore 10. per totū, ex fol. 150. vſq; ad fol. 154. vbi de conditione, ſi ſine filijs mafculis poſita in cōtractu, an nepotem ex filia cōprehendat.

2 Ij autē omnes, & alij iuris authores, (quos ideò omitto, quia ab ipſis ſunt cōmemorati) ſi prælegantur originaliter, tres apparebit in propoſito dubio fuiſſe ſententias, & opiniones. Prima quarum negatiua fuit, videlicet mafculorū descendētium appellationem, ſivē mentionē non cōprehēdere mafculos ex fœminis, ſed mafculos ex mafculis dūtaxat in fideicommiſſis, & vltimis voluntatibus, quā opinionem tenuerūt Bald. Angel. Paul. Alexand. Corneus, Salicet. Socin. vterque, Bertrand. Deci. Ruin. Crotus, Ripa, Capra, & alij antiqui, quorum traditiones cōmemorauit Tiber. Decian. d. conf. 127. num. 15. & pluribus ſeq. lib. 3. & in terminis eſt deciſio Ioan. Andreae, in annotatio. ad Speculato. in rubr. de teſtam. ad finē, vbi recenſet diſputationē Ricardi Malūbræ, qui quæſtionē ita propoſuit. Titius habēs duos fratres, Sæium ſcilicet, & Mæuiū; Sæium hæredem inſtituit, rogans, quod ſi decederet ſine liberis, hæreditatē reſtitueret Mæuiō fratri, vel eius hæredibus mafculis, mortuo Titio, moritur Mæuius, relictō nepote ex filia præmortua: demum moritur Seiſus hæres rogatus, ſi ſine liberis deceſſiſſet, &c. Dubitabatur, an fideicōmiſſo locus eſſet, & concludit Ioan. Andreas poſt Ricard. nō eſſe locū fideicōmiſſo ad cōmodum illius nepotis ex filia Mæuij, & ſic quod teſtator dum de mafculis descendētibus meminit, quod ſenſerit de mafculis ex mafculis, & non de mafculis ex fœminis. Et deciſ. Ioann. Andreae, quod ſequitur DD. cōmuniter, in l. Gallus. §. nunc de l. Velleia. ff. de lib. & poſth. ſcripſit Marc. Anton. Peregrin. de fideicommiſſis, d. art. 26. num. 15. vbi cōmemorauit, quā plurimos authores, ſic tenētes, cōmemorauit etiā Tiber. Decian. d. conf. 127. ex nu. 13. cū ſeq. lib. 3. & reſolutionē eandē contra mafculos

ex

ex fœminis in articulo proposito sequi-
 ti fuere Mathefila. Butrius, Ancharran-
 Salicetus, Florianus, Ioan. de Môte Ge-
 nerato, Alexan. Capra, Corneus, Soci-
 nus Senior, Ruinus, Gratus, Deci. Natta,
 Alciatus, Socinus Iunior, Ripa, Parisius,
 Ioan. Luppi, Albanus, & Francif. de Mar-
 chis, quos in vnum congefist Iacob. Me-
 chius, d. cons. 172. num. 12. & nu. 24. lib.
 2. qui ipse tuetur constanter hanc partē,
 quod masculi ex fœminis non compre-
 hendantur, nec comprehensi præsumā-
 tur masculorum descendentiū appella-
 tione. Idque d. num. 12. & num. 23. cum
 seq. & num. 33. & seq. & d. consil. 522. nu.
 7. lib. 6. latius dicto consilio 802. libro 9.
 maximē num. 35. & seq. & nu. 44. & seq.
 & num. 58. & 71. vbi in vltimis voluntati-
 bus asserit specificē, quod appellatione
 masculorum descendentiū non conti-
 nentur masculi ex fœminis. Et id ipsum
 probarunt etiam Aimon Craueta, in cō-
 sil. 22. nu. 10. Cremensis singulari 21. Mi-
 chael Grassus, receptarum sententiā, &
 §. fideicommissum, que st. 35. nu. 3. defen-
 dit constanter, atque verius arbitratur in
 puncto, & ratione iuris Syluester Aldo-
 brandinus, in consil. 3. & in consil. 5. & 6.
 vbi dixit, maximē dict. consil. 3. num. 36.
 & 40. & 41. quod nepotes ex fœmina nō
 comprehenduntur appellatione libero-
 rum masculorū absolute in qualibet dis-
 positione, & maximē in testamentaria,
 & repetit dict. consil. 5. num. 1. & 2. & 19.
 & dict. consil. 6. num. 1. & seq. & num. 7.
 & seq. & nu. 17. sequuntur etiam ipsam
 hanc sententiā cōtra masculos ex fœ-
 minis, Corneus, in consil. 246. lib. 2. Ri-
 minald. Senior, in consil. 223. num. 23. &
 24. & seq. Ioann. Cephalus, qui contra
 masculos eosdem plures expēdit ratio-
 nes, in consil. 581. lib. 4. Franciscus Bursa-
 tus, in consil. 528. num. 63. lib. 3. Hippoly.
 Riminaldus, in consil. 782. numero 42.
 & 43. libr. 7. vbi dicit, quod masculi des-
 cendentes vbi sunt vocati intelligun-
 tur nati ex masculis, non masculi nati ex
 fœminis. Petrus Sardus, in consilio 317.
 numero 1. & in consilio 316. numero 6.
 libro 3. relati etiam per Alexandrum

Trentacinquium, de substitutionibus,
 4. parte, dicto cap. 7. num. 10. folio 137.

3 Huius autem sententiæ contra mascu-
 los ex fœminis, fundamenta permulta,
 ex eisdem nunc relatis authoribus dedu-
 ci valent (si ipsi originaliter prælegan-
 tur) ac maximē ex Aldrobrandino, &
 Menochio, vbi supra, sed ad sequentia
 reduci commode possunt. Et primū elli-
 citur ex textu, in l. prima, in fine, C. de
 conditionibus infertis, prout eum ex-
 pendit Syluester Aldrobrandinus, dicto
 consilio 3. numero 37. Secundum, ex rex-
 tu, in l. prima, in fine, & in l. immunita-
 tes. ff. de iure immunitatis, prout indu-
 cit Iacobus Menochius, dicto consilio
 172. numero 24. lib. 2. Tertium, quia qui
 sibi non sufficiunt, nec alijs sufficere de-
 bent. l. qui aliena. §. quanquam. ff. de ne-
 gotijs gestis. l. filium. ff. ad S. C. Macedo-
 uianū. Quartum, ex l. si viua matre. in §.
 nam licet. C. de bonis maternis. Cū ait,
 non debere filium esse melioris condi-
 tionis sua matre, cuius locum obtinet.
 Quintum & vltimū, ex regulis quibus-
 dam vulgatis, & traditionibus doctorū
 permultis, quod filia, vel fœmina exclu-
 sa, pariter & omnes ab eo descendentes
 censentur exclusi, siuē masculi, siuē fœ-
 minæ, quia descendunt ex radice infe-
 rta, nec possunt esse melioris conditio-
 nis sua matre (vt nunc dicebā) quia cau-
 satum non potest esse potentius sua cau-
 sa, & subrogatum obtinet ius illud tan-
 tum eius, cuius loco est subrogatum: &
 exclusio vnus gradus, exclusionem in-
 ducit nascentis ex illo, etiam si masculus
 sit. Et destructo ordine, destruitur & or-
 dinabile, sicut destructo antecedente,
 destruitur & consequens: & inhabilitas
 medij causat inhabilitatem in extremo:
 & extrema videntur sublata, sublatis me-
 dijs: & vitiū auctoris, durat etiā quoad
 suos descendentes, & gradus præceden-
 tes debēt esse successibiles, vt sequētes
 admittantur. Sicuti hoc omnia, & iure,
 & autoritate latius comprobarūt, atq;
 exornarunt in proprijs terminis, & ad
 exclusionem masculorū ex fœmina des-
 cendentium; Ioan. Cepha. in consil. 103.

per totum, lib. 1. Iacobus Menochius, d. consi. 172. ex num. 1. vsq; ad numerũ 13. & nu. 30. 31. & 32. lib. 2. & in consi. 318. ex num. 21. vsque ad numerũ 29. lib. 4. & in consi. 522. ex num. 7. & num. 11. lib. 6. & in consil. 802. lib. 9. Ludouicus Molin. de Hispanorũ primogenijs, lib. 3. c. 5. ex nu. 41. cũ seq. Pelaez à Mieres, de maiora- tu, par. 2. quæst. 6. num. 52. & 53. M. Anto. Peregrinus, de fideicõmissis, articul. 27. nu. 18. & 19. Syluester Aldobrandinus, qui vt in omni materia, & dispositione masculi ex fœminis nõ cõprehendãtur appellatione masculorũ descendentiũ, cõgerit quã plurima, & superiores om- nes rationes late cõfirmat, dict. consi. 5. à principio, vsq; ad nu. 13. & consi. 3. ex nu. 33. & cõs. 13. ex nu. 20. quos etiam & su- pra hoc eodẽ lib. 3. c. 15. nu. 60. recensui.

Econtrario vero quod masculi ex fœ- minis, comprehendantur, ac cõprehensi cõseantur masculorũ descendentiũ ap- pellatione, & admittãtur ad fideicõmis- sum factũ pro descẽdentibus masculis, determinauit Socinus Seni. in l. Gallus. §. nunc de lege Velleia, num. 5. in vers. quam tamen, & c. & in fine. ff. de liber. & posthm. qui se ita vnã cum alijs permul- tis respõdisse asserit. Idẽ Socinus, in l. cũ auus, nu. 82. in versic. secundus casus. ff. de condit. & demonstrat. & huius senten- tiæ fuisse Ancharran. consi. 339 & hãc So- cini traditionẽ sequuti sunt Claudius de Seyfello, Rubeus Alexãder, Fulgosius, Socinus Iunior, Albanus, & Castrensis, quos retulit Menochius, d. consi. 172. nu. 13. & 14. & num. 15. & 17. lib. 2. qui tamen (vt supradixi) contrariã partem tuetur constantissimẽ. Idẽ Socinus, Fulgosius, Socinus Iunior, Claudius, Alexãdrinus, Ancharranus, Beroius, Albanus, Alcia- tus, Ruinus, Rolãdus, & Corneus, quos citauit, & sequutus est Cardinalis Frãcis- cus Mantica, de coniecturis vltimarum voluntatũ, lib. 8. tit. 18. num. 20. & eosdẽ retulit pro hac secunda opinione Pere- grinus, de fideicõmissis, dict. art. 26. nu. 27. Rota Romana, decis. 15. nu. 1. 2. part. in nouissimis, retulit etiam eosdem Ale- xander Trentacinquius, de substitutio-

nibus, 4. part. dict. cap. 7. sub num. 10. Pe- trus Surdus, in consi. 316. num. 2. lib. 3. qui tamen, num. 6. & 7. contrariam sustinet sententiam (vt supra quoque dixi) ac in effectu conueniunt etiã & authores illi, qui mox referuntur, & agnatione non conseruata, masculos & fœminis admit- tendos, scribunt.

5 Superiores autem huius secundæ opi- nionis authores (si originaliter prælegã- tur) & rationibus permultis, & iurium quoq; decisione adducti sunt præcipuẽ rationes quidem eo tendunt, vt mascu- lis descendentiibus vocatis, exclusi mas- culi ex fœminis, nequaquam videri pos- sint in dubio, cũ vere negari non possit, quin masculi sint, cũ etiam subintelligẽ- dũ non sit, de masculis ex masculis actũ, quod dictũ, nec expressum nõ fuit, & fa- cile testatori fuisset inter eos masculos distinguere, cũ etiã & pro eisdẽ mascu- lis ex fœminis, & alia militent, quæ ipsi- met authores expendunt, & latius pon- derauit Antonius Faber, cuius statim spe- cificã mentionẽ faciemus, & ideò alias rationes non adijcimus. Iura vero indu- cuntur sequentia. Primũ, textus in §. pri- mo. in authent. de hæred. ab intestato ve- nientibus. Secundo, textus in l. cognos- cere §. liberorũ. ff. de verborũ significa. Tertio, textus in c. 1. de eo qui sibi & he- redibus suis masculis, prout eũ expedit post Maticam, & alios Petrus Surdus d. consi. 308. num. 16. & 17. libro 3.

6 Alij denique, atq; in eodem articulo & dubio distinxerunt, masculum ex fœ- mina non venire, neque comprehẽsum censeri masculũ descendentiũ appella- tione, vbi agnationis ratio habita fuerit, & in hoc nullus dissentit, nam & primæ, & secũdæ opinionis authores, agnatio- ne cõseruata, masculos ex fœminis ex- cludũt absolute. Ceterum, quando agna- tionis ratio habita nõ est, masculos ex fœ- minis admittunt, & non modo descẽden- tes esse, & masculos, sed etiam vocatos, affirmãt, indeq; & secũdæ opinioni cõ- ueniũt, siue in effectu id ipsum, quod se- cũdæ opinionis sectatores asserunt, nec ab eadẽ secunda sententia differunt, &

ita resolutiue distinxerunt post Anchar. Fulgos. Aretin. Socin. Rubeum, Deciū, & Carolum Molin. Ludouic. Molina, de Hispan. primog. lib. 3. cap. 5. num. 48. vbi inquit, quod vbi in maioratu de cōseruanda agnatione non agitur, sub appellatione masculorum, masculi ex fœminis descendentes cōprehensi esse cēsentur, cum ex vocatione masculorum, quando fœminæ vocētur ad successionem, vel non excluduntur, non censeatur habita agnationis ratio, sed solum nudæ masculinitatis. Pelaez à Mieres, de maioratu, 2. parte, q. 6. nu. 58. Velazquez Auend. in l. 40. Tauri, glossa 9. nu. 73. & 74. Alvarus Valascus, de iure emphiteutico, q. 41. num. 5. Cardinalis Francisc. Mātica, qui ita in effectū resoluit, de coniecturis vltimarum volūtatum, lib. 8. dict. tit. 8. nu. 20. quo loci dixit, quod masculi descendētes ex fœminis veniunt, si masculi sint substituti, nec habita sit agnationis ratio: & num. 54. quod masculi descētes ex fœminis, nō veniunt appellatione descendētium masculorum, quādo habetur ratio agnationis, aliās secus. Et idē quoque firmarunt Michael Grassus, receptorum sentētiarum, §. fideicommissum, quest. 35. nu. 3. Alex. Trétacinquius, de substitutionibus, 4. part. d. cap. 7. num. 10. eodem etiam modo distinxerunt, & alij iuris interpretes, quos retulit M. Anton. Peregr. de fideicōm. d. artic. 26. sub num. 17. ad finem. Blazius Florez Diaz de Mena, in addit. ad decisionem Gamæ 295. part. 2. folio mihi 28. Ludouicus Casanate, in consil. 23. num. 1. & 4. seq. Antonius Faber, de erroribus pragmaticorū, tom. 2. decad. 28. errore 8. per totum ex fol. 140. in fine, qui masculos ex fœminis admittit omnino, quādo agnationis rationē habitam fuisse, non apparet. Resolutio igitur hæc, & sentētia (vt supra dicebam) non differt à secunda, relata supra, nu. 4. imō eadē est cum illa, vtpote cū masculos ex fœminis admittat ad successionem, & eos cōtineri appellatione masculorum descendētium afferat, & duntaxat excipiat casum, quo agnationis rationē habitā fuisse, cōstitit, quod nullus eorūdem, qui secundā tuetur opinionem, negauit. Et sic cōtrariatur priori, relata supra, num. 2. & eis, qui masculos ex fœminis excludūt indistinctē in proposito articulo, etiam si agnationis rationem habitā fuisse, non cōstitit, atque ex sola masculorū descendētium appellatione adducuntur, quasi is, qui masculos ad successionem inuitauit simpliciter, non de alijs masculis, quā ex masculis descendētibus sensisse videatur, siuē masculos ex fœminis ex his rationibus excludere, quas eiusdem opinionis authores considerarunt. Et quam plures alij relati à me quotidiana. har. cōtrou. iur. lib. 2. cap. 4. ex nume. 78. vsque ad num. 83. qui masculinitatis expressionem, præbere coniecturā, vt prospectū sit agnationi, & verbū masculos, sui natura, absque vlla ratione cōseruandæ agnationis, expresse, vel subintellecta, exclusiuum esse fœminarum, asseuerarunt, vt latius ibi videbitur.

Ego verò vt in proposito dubio sentētiā meam interponam, & quam ex superioribus tenendam magis, explicare valeam, nonnulla (vt moris habeo) cōstituta, atq; obseruanda duxi. Ac primū quidem, articulum præfatum, vtrū masculi ex fœminis appellatione masculorū descendētium comprehendantur, & comprehensi videantur; difficilē admodum, & cōtrouersum esse, nec certo aliquo iure decisum, quod negare nullus poterit, qui relatos in initio huius capituli authores prælegerit, omnes namq; difficultatē ipsius agnouerunt expressim. Et cōtrouersum profitetur Peregr. de fideicōm. d. art. 26. nu. 17. ad fin. difficilē etiam Francisc. Manti. lib. 8. d. tit. 8. nu. 20. idcirco eosdemmet authores, aliquādo sibi ipsis contrarios existere, & modo vnū, modo aliud asserere, sicuti constat ex eisdē in initio huius c. cōmemoratis, & ex Petro Surdo (iungendo eū nōnullis in locis) hoc est, in cons. 85. nu. 10. & seq. lib. 1. & in consil. 308. ex nu. 1. vsq; ad nu. 9. & nu. 14. & 17. lib. 3. & in cons. 316. ex nu. 1. vsq; ad nu. 10. & in cons. 317. nu. 1. eodem lib. 3. nec certo aliquo iure, certa

Quotidian. controuers. iuris.

vè lege decisum, ideò me adiecisse, quod vere nulla lex, nullum *ve ius*, hactenus ipsum definierit. Iura namq; illa, quæ pro prima opinione negatiua admissionis masculorū ex fœminis adducuntur, licet aliquatenus *urgere* videantur, non tamen aperte adeò, siuè non ita expressim casum decidunt, vt vitari nō possint, atq; eisdem responsum præberi, sicuti respondisse Manticā in loco prædicto, constat vnicuique. Alia verò iura, quæ pro secunda opinione affirmatiua admissionis masculorū ex fœminis, adduximus supr. nu. 5. vitari vsq; adeò possunt, atque eis ita responderi, vt masculorū ipsorum ex fœminis admissionem non adiuuent, & contrariū potius innuere, atq; pro prima opinione *urgere* videantur, sicq; masculos ex fœminis in uocatione simplici masculorū descendentiū non admittere. Textus namq; in d. §. 1. in auth. de hæred. ab intestato venient. potius probat totū contrariū, nam cum primū Imperator nominasset masculos, si masculorum appellatione, descendentes masculi ex fœminis cōprehenderentur, nō erat opus adijcere postea illa verba, *Sive ex masculorum, siue ex fœminarum prole*. Sed frustratoria fuissent. l. ait prætor. §. 1. in princi. ibi, *Non frustra adiecit*. ff. de iure iurando, cū concordantibus. Id quod Tiber. Decia. d. conf. 327. nu. 20. in vers. non obstat etiam, lib. 3. singulariter animaduertit. Iacob. Menoch. d. consil. 172. nu. 35. lib. 2. qui cum antea dixisset, iure non probari, quod appellatione descendentiū masculorum, contineantur masculi descendentes à fœminis; ita respondit ad tex. in d. §. 1. prout ex Deciano nunc respondimus. Et quidem (& ultra eosdē authores) si verum amamus, negari nullo pacto potest, quin difficultatem huiusce articuli fortius text. ipse adstringat, nam vsque adeò verū reputauit, difficilem esse, & descendentiū masculorū appellatione, utrū masculi ex fœminis cōprehendantur, in ambiguo constituit, vt necesse legislatori fuerit, relata verba adijcere, vt masculorū ex fœminis admissionē induceret, *Et siue ex fœminarū prole,*

verbo eo omisso, masculi ex fœminis quod admissi non censerentur, nec etiam de eis actum, iuridicè contenderetur. Et secundū hæc vnusquisq; diiudicare debet mature, si in legis dispositione res ita se habet, *Et siue ex fœminarum prole*, verba præfata adijcere, necessariū adeò visū est, vt de masculis ex fœminis ambigi nō posset; in hominis dispositione, si eadē verba sint omissa, ac de descēdētibus masculis actū simpliciter, quod masculi ex fœminis potius exclusi, quam admissi esse censeatur, siuè non cōprehensi, quā iuridicè ambigi quoq; vsq; adeò valeat, vt potius ipsorū exclusio, quā admissio inducatur in dubio. Vt etiam verisimiliter credendum sit, testatorem, qui descēdentes masculos ad successionem simpliciter inuitauit, nec verba illa, *Sive ex masculorum, siue ex fœminarū prole*, adiecerit, aut alia similia, quibus masculis ex fœminis consulerit, proferat, ideò sane, atq; consulto fecerit, quod de masculis tantū ex masculis, non de masculis ex fœminis intellexerit, cū facile ipsi fuerit id exprimere, si eos etiā comprehēdi voluisset. Textus etiam in d. l. cognoscere. §. liberorū. ff. de verb. sig. cū loquatur simpliciter de appellatione liberorū, potius repugnat sententiæ secūdæ, admissionis masculorū ex fœminis affirmatiuæ, & primā negatiuam confirmat, cum qualitas masculinitatis nō adiūgitur. Idque Menoch. ipse, d. conf. 172. nu. 35. obseruauit dilucide. Textus denique, in d. c. 1. de eo qui sibi & hæreditatibus suis masculis. Vitari vsq; adeò potest, vt imò probet totū contrariū, videlicet, q̄ masculi ex fœminis, appellatione simplici masculorū descendentiū nō comprehendantur. Id quod aperte deducitur ex eisdē authoribus, & Petr. Surd. d. conf. 308. nu. 1. & 2. & 4. nu. 9. & in conf. 317. num. 1. lib. 3. Aldobran. d. conf. 5. & 6. & in conf. 3. nu. 79. vbi vel vno verbo post alios authores respondet, & inquit, textū illū nihil facere, quia ibi erat facta mentio de fœminis. Deinde, quando in dicto cap. primo, id probaretur expressim in feudis, in fideicommissis tamen, & vltimis volun-

voluntatibus, diuersum ius constituen-
dum, diuersa videtur suadere ratio, sicu-
ti ex Albano, & Alciato erudite adnota-
uit Menochius d. consi. 172. num. 35. lib. 2. qui textui metipso, concludenter ita sa-
tisfacit ibidem, num. 36. vt pro sententia
eadē, quæ masculos ex foeminis admit-
tit; expendi non valeat.

9 Rursus, rationibus omnibus, quas no-
uissime pōderauit Antonius Faber, refe-
rendus statim, ex his satisfieri longa se-
rie posse videtur, quæ Menochius idem,
d. consil. 172. scripta reliquit. Et Socini
authoritas illa, quæ pro opinione 2. ad-
ducitur, & alia Castrensis, in l. 2. notabi-
li, C. de cōdit. insertis. Fulgosi etiam, &
aliorū authoritates, quam parū pro se-
cunda eadē opinione, quæ masculos ex
foeminis admittit, adstringant, nec pri-
mæ, quæ ipsos excludit, resistent, deduci
velut cōcludenter potest ex adnotatio-
nibus Tiberij Deciani, d. consi. 127. ex
num. 13. vsque ad nu. 26. lib. 3. Iacobi Me-
nochi, d. consi. 172. num. 35. in versiculo,
non obstat secundū, & nu. 37 vbi respō-
det Socino, & Castrensi, quos antea cō-
memorauerat, nu. 15. & 17. Remanet er-
go, verissimū esse placitum illud, prola-
tum supra, nu. 7. quod articulus hic, vtrū
10 masculi ex foeminis cōprehensi censeā-
tur, necne, appellatione descendendum
masculorū. sit valde difficilis, & contro-
uersus ob varias diuersasquē rationes,
nec iure aliquo, affirmatiue, vel negati-
ue clarē decisus, indeq; autores quā plu-
res, asseuerasse, quod masculi ex foemi-
nis nō sunt ita proprie & intrinsece mas-
culi, prout sunt masculi ex foeminis, si-
cuti firmasse interpretes omnes, primæ
opinionis relatæ supra nu. 2. & sequaces,
compertum est, atq; ex Alciato, & alijs
scripsit Syluester Aldobrād. dict. consi. 6.
num. 2. Econtrario tamē (& quia certo
11 aliquo iure duci nō possunt vnus, & al-
terius opinionis sectatores) ex alijs ob-
seruauit Petrus Surd d. cōs. 308. nu. 2. vbi
inquit, quod descendens masculus pro-
prie dicitur quis, licet descendat per fo-
eminā, quod etiam firmiter defendit An-
tonius Faber, in loco referendo infra, &

relato supra, in initio huius c. Et hæte-
nus de prima obseruatione ad explica-
tionem dubij prædicti.

12 Secūdo deinde & principaliter cōsti-
tuo, in eodēmet dubio, vt certum, & in-
dubitātū supponendū esse vnum casum,
in quo nullus scribentiū ambigit vsquā,
videlicet, vt masculi ex foeminis non cō-
prehendantur, nec comprehensi censeā-
tur appellatione masculorum descēden-
tium, quando agnationis rationem habi-
tam fuisse, constiterit, quod vnanimiter
omnes probarunt, vt relata opinione 3.
vidisti supra nu. 6. atque ex alijs authori-
bus scripsit Surdus, dicto consi. 308. nu.
14. & 15. & in consi. 316. numer. 8. lib. 3. ita
etiā & ecōtrario, quod masculi ex femi-
nis, & foeminæ ipsæ admittantur, quādo
descendentium, vel liberorū, aut filiorū
nomē adiectū seruit, nec verbū mascu-
los adiunctum. Quoniam descendentium
13 appellatione, veniūt tam masculi, quā
foeminæ, & siue ex masculis, siue ex fo-
eminis in infinitum descendentes: authēt.
de hæredibus ab intestato venient. §. si
quis igitur. l. finalis. C. de legitimis hære-
dibus. cū cōcordatibus, de quibus post
multos alios per Decianū, d. consi. 127.
nu. 1. lib. 1. lib. 3. Mantice. de cōiecturis vl-
timarū voluntū, libro 8. tit. 11. num. 1. la-
tius tit. 18. nu. 1. & 3. Aldobrād. in cō-
silio 3. num. 1. Petrum Surdum, dicto cō-
silio 316. num. 1. lib. 3. & decis. 84. num. 6.
Marcus Antonius Peregrinus, de fidei-
cōmissis, art. 29. num. 14. Cæsar Barzicus,
decisione Bononiæ prima, nu. 14. & deci-
sione 4. num. 15. vbi quod verbum, descē-
dentiū, est plurium collectiuū, & omnes
descendentes in infinitū complectitur.
Etiā sine adiectione in perpetuū, vt Pe-
regrinus, vbi supra profiteretur. Idē Bar-
zicus, eadem decisione 4. num. 36. & deci-
sione 7. numer. 1. Iacobus Menochius
in consi. 1. num. 198. lib. 1. & consilio 231.
numer. 88. lib. 3. Surdus etiam, alio in lo-
co, hoc est, in consilio 370. numer. 22. li-
bro 3. Liberorum etiam, & filiorum ap-
14 pellatione, quod etiam foeminæ cōpre-
hendantur, & masculi ex ipsis foeminis,
certi equidem iuris est, & probatur per
Iii 4 text.

text.in l.liberorum.ff.de verbor. signifi-
 cat.l. sed si hac lege. §. liberos. ff. de in-
 ius vocando, vbi Alexander, & Iason
 plures concordantes adducunt. Decius,
 in consi. 567. num. 4. & 5. Tiberius Decia-
 nus, dicto consilio 127. numer. 2. libro 3.
 Alex. Trétacinius, qui refert per mul-
 tos, de substitutionibus, 4. part. cap. 7. nu-
 mero 10. in versiculo, appellatione libe-
 rorum. M. Antonius Peregrinus, de fi-
 deicommissis, artic. 1. numero 31. & ar-
 ticulo 22. numero 43. & articulo 25. nu-
 mero 8. Ludouicus Casanate, in consilio
 48. numero 78. & in consilio 45. nume-
 ro 188. Latius in consilio 10. fere per to-
 tum maxime ex numero primo, cū seq.
 15 & numer. 9. cum seq. vbi late explicat, fi-
 liorum appellatione, an, & quando, siue
 qualiter veniant filia, & earundem des-
 cendentes, post alios iuris interpretes
 infinitos, quos cōgerit in vnum. Et vltra
 relatos ibi explicant id ipsum latissimē
 Andreas Fachineus, in cons. 35. per totū,
 16 lib. 1. Fuluius Pacianus, in consi. 17. ex nu-
 mer. 1. cū seq. Cæterū, quando filij mas-
 culi ex fœminis nequaquā cōprehēdā-
 tur, sed masculi ex masculis dūtaxat, re-
 cte, & latius tuetur Anto. Fab. de erroribus
 pragmaticorū, to. 2. decad. 28. erro-
 re. 8. col. pe. & vide errore 10. ex fo. 150.
 17 Præterea & tertio loco, atque princi-
 paliter constituo, vulgari, & indubitati
 iuris esse, voluntatem testatoris in mate-
 ria fideicommissaria, primo loco, & ante
 omnia spectandam. l. penultima. ff. de le-
 gatis primo. l. hæredes mei. §. cum ita. ff.
 ad Trebellianum. l. cum pater. §. dona-
 tionis. ff. de legatis secūdo, cum alijs per
 multis iuribus, & authoribus, de quibus
 per Tiberiū Decianum, d. consi. 127. nu-
 mero 8. lib. 3. Peregrinū, de fideicommis-
 sis, articulo 11. per totum Mantiam, de
 18 coniecturis vltimarū voluntatū, lib. 3. ti.
 3. per totum. Quinimo & cōiecturatam
 mentem præferri verbis. l. cum auus. ff.
 de cōdit. & demōstr. l. cū acutissimi. C.
 de fideicommiss. cū cōcordantibus, de qui-
 bus per Matic. & Pereg. vbi supra. De-
 cianū, d. cōf. 127. num. 9. lib. 3. Idcirco in
 19 eodē articulo, vtrū masculi ex fœminis

cōprehendantur appellatione descēden-
 tium masculorū, in fideicommissis, & vlti-
 mis voluntatibus, vel non cōprehēdā-
 tur, aut cōprehensi non præsumātur, vo-
 luntatē disponētis, & descēdentes mas-
 culos verbū adijciētis, præ oculis habē-
 dā, & potissimū spectandā, etiam si cōie-
 cturata, & præsumpta sit, modo ex pro-
 batis & legitimis coniecturis deducatur:
 ex ipsa nāq; & casuū occurrentiū quali-
 tatibus, & circūstantijs diuersis, ex con-
 iecturis etiā occurrentibus, iudiceq; de-
 ductis, sæpissimē opinioni primæ locus
 erit, vt masculi ex fœminis nequaquam
 admittātur, imo exclusi censeantur om-
 nino, prout coniecturæ, & præsumptio-
 nes vrgentes suadeāt, prout etiā ex affe-
 ctione, & dilectione testatoris eiusdem
 circa alios vocatos, & ratione exclusio-
 nis alicuius dignosci poterit. Quoniā af-
 fectio, & dilectio testatoris, vrgēs con-
 iectura est ad interpretationē volūtatis
 ipsius in casu dubio, sicuti in cōmētarijs,
 de cōiecturis, atq; interpretatione vlti-
 marū voluntatū, latius nūc scribimus, &
 multa in proposito post alios authores
 ad notauit Ludouicus Casanate, in cōf.
 10. nu. 42. & in consi. 47. nu. 27. & seq. &
 in cōf. 57. nu. 21. ex alijs etiā, quæ aliun-
 de deducuntur legitime, & sine præci-
 puo, atq; immediata causa, siue ratione,
 ita, vel ita, vel ad vnū, aut alterū modū
 disponēdi. Sic etiā & pari modo, & alijs
 coniecturij prebatis, sæpe etiā erit locus
 secūdæ opinioni, vt masculi ex fœminis
 veniūt, & cōprehensi præsumātur, si des-
 cendētes masculi generaliter inuicētur,
 nec etiā ob eā solū rationem videri de-
 beat exclusi, quod eorū authore exclusus
 fuerit, nisi & alia ita suadeāt, & in eorū
 exclusionē vrgēat: idq; iuxta resolutio-
 nes Francisci Maticæ, de coniecturis vlti-
 tim. volunt. lib. 8. d. 11. 18. nu. 25. & seq. &
 nu. 48. & seq. & nu. 54. & seq. ex diuersis
 itaq; cōiecturis, & præsumptionibus, &
 voluntate testatoris diuersimode con-
 iecturata, & ex alijs, quæ occurrāt, lo-
 cus erit, vel non erit primæ, & secun-
 dæ opinioni, supra relatis, nec vlla aliqua
 generali doctrina adeò, quod omnes
 casus

casus cōprehendatur, vel quæ omnibus deferuat, res poterit definiri, aut certa regula circūscribi articuli præfati resolutio, non etiam absolute, aut indistincte probari, vel improbari aliqua ex opinionibus eisdem, quanuis negari nō possit, quin pro prima, admissionis masculorū ex femina negatiua, fortiter adstringat ea, quæ ipsius sequaces expendunt.

18
 Quin etiā eadē in casu dubio præualere debere videatur in primogeniorū successione, quādo masculi ex feminis cōiecturā aliquā vrgentē, aut præsumptā testatoris voluntatē pro se non inducerent, vt subvocatione masculorū descendentium, viderentur ex alijs circūstantijs, & coniecturis comprehensi, vel admiffi, quanuis ea quoq; deficiēte, negari nō possit, quin articulus difficultatem habeat, vt supradixi. Placitum autem istud nostrū, & resolutio coniecturis, & præsumptionibus ad eō adhærens, non est quidem aliorū interpretū sententijs, & velut expressis obseruationibus destitutū, imō & sequentiū authorū resolutionibus in hoc eodem articulo comprobatur aperte. Ac primū quidē ex traditionibus Pelaez à Mieres, de maior. 2. par. d. q. 6. is nāquē cum ex num. 52. cum seq. & nu. 60. & seq. in ipsomet dubio versaretur, vtrū masculi ex feminis admitti deberent, necne, & iterum nu. 64. & 65. 20 nihil securius dici posse existimauit, quā quod eo casu, quo quæritur, an masculi ex feminis veniāt appellatione masculorum descendentium, & in alijs similibus mens defuncti diligenter sit æstimāda, atque ex ea dubij occurrentis resolutio habenda, vt ex ipso authore cōstat, d. num. 64. ibi: *est igitur in isto casu, &c.* Et & num. 65. ad fin. *limitatur etiam.* Auctoritate etiā Iacobi Mand. de Alb. in conf. 86. nu. 4. & 5. vbi cū approbasset opinionē eorum, qui masculos ex feminis succedere dixerunt, quando masculi descēdentes simpliciter vocantur: limitat statim, vt id procedat, nisi aliquid repugnet veluti subiecta materia, vel expressu, aut præsumpta mēs disponētis. Et refert, & sequitur Francisc. Mantic. de coniecturis

ultimar. volunt. lib. 8. d. tit. 18. n. 20. in fin. corroboratur rursus expressa M. Anto. Peregrin. obseruatione de fideicom. articul. 26. nu. 18. qui cum antea num. 15. & 16. opiniones contrarias retulisset, & difficilem, ac cōtrouersum articulū agnouisset (vt supra dicebam) subdit statim d. nu. 18. in hunc modum: *Item cum aliqua probabilis ratio suaderet, masculum ex femina non contineri ad exclusionem substituti, licet de conseruanda agnatione non agatur, non vtiq; contineretur, & substitutus præualeret, & in his terminis recte procedit decisio Bal. conf. 40. quidā magnus nobilis, libr. 3. &c.* Imò in his terminis, nec eorum omnium, quos pro secunda, & tertia opinione retuli supra, vllus dissentit, quādo scilicet ad exclusionem masculorū ex foeminis, probabilis aliqua coniectura cōcurrat, & de voluntate testatoris legitimo aliquo modo ita præsumitur, ipsi nāq; loquuntur semper, quando simplex adest duntaxat descendentium masculorum vocatio, nec contra masculos ex feminis vlla extat ex toto tenore dispositionis in contrarium coniectura probauilis. Quanuis etiam nulla extante coniectura, ex sola descendentium masculorum vocatione, masculos ex feminis excluderint indistincte authores permulti, commemorati supra numero 2. & 3. & Iacobi Menochij pro hac parte fundamenta dicto consilio 172. libro 2. fortiter vrgēat. Ipsius etiam in articulo præfato prosequendo, atque explanando diligentia, & industria laudari debeat. Nec ab eius assertione, & resolutione facile recedendum, ex his, quæ Franciscus Mantica, libr. 8. dict. tit. 18. longa serie adnotauit in contrarium, nisi cum illis præsumpta quoque mens, & voluntas testatoris, & legitimæ coniecturæ ipsius concurrant (vt nunc dicebam) sed nec recedendum forsam erit ex his, quæ ingeniose equidem, & subtiliter, atque plena manu pro masculis ex feminis scripta reliquit Anto. Faber, de errorib. pragmat. to. 2. decad. 28. errore 8. per totū, ex f. 140. cū seq. nā licet in fauorē ipsorū vrgere videatur, & vrgēat,

verè tamen in materia fideicommissaria, ac maximè in primogenijs Hispaniæ non obtinebunt, nisi masculi ex fœminis coniectura etiam præsumptæ voluntatis aliqua se iuent. Quæ omnia (vt supra quoque dixi) iudices discreti maturo iudicio perpendere debebunt, vt pro casuum occurrentium qualitatibus & circumstantijs diuersis, & prout res, & præsumptiones suadeant, diuersimode etiam statuunt. Nec interst equidem (cum agnatio non conseruatur) vt masculi ex fœminis exclusi censeantur, vel admissi sub appellatione masculorum descendentium, an à fœmina, an à masculino dispositio facta fuerit, vel quod masculino, aut fœminæ substitutio fiat. Nam si coniectura aliqua, præsumptaq; mens testatoris non concurrat, etiam si à fœmina dispositio facta fuerit, vel fœminæ, aut masculino substitutio fiat, masculi ex fœminis admitti non debebunt, qui ex coniecturis admitti quoque poterunt, & sic præsumpta mens, & voluntas potissimum spectanda erit, quæ ex alijs in testamento expressis eliciri poterit. Atque ita ex Socino, & Capra, eleganter animaduertit, nec distinguit, an à masculino, an à fœmina procedat dispositio, Tiber. Dec. d. cons. 127. n. 17. & 18. lib. 3. vbi latius cõfirmat. Et in eisdem terminis loquitur Peregr. de fideicom. dict. articul. vigesimo sexto, numero decimo sexto, vbi ipse exprimit in sumario eiusdem numeri. Quauis verum quoque sit, facilius induci, & credi posse, masculos ex fœminis ad successionem inuitatos, & appellationem masculorum descendentium comprehendendi, cum à fœmina dispositio procedit, siue maioratus factus est, quam cum à masculino, idque iuxta resolutiones authorum quam plurimorum, quos ego libro secundo, capite quarto, numero 143. & 144. recensui, nisi de contraria voluntate constare aliquo modo legitimo siue probatis coniecturis possit, nam & fœmina forsam masculos ex masculis duntaxat admitti velle, atque desiderari potuit, iuxta ea, quæ ibidem dixi, nume.

145. & si appellatione masculorum descendentium, masculi ex fœminis, intrinsicè, atq; ex præsumpta mente non cõprehenduntur (vt tot authores contèdunt) ex diuersitate personæ, diuersum non poterit constitui ius, vt Decian. firmavit expressim, vbi supra.

22 Quarto deniq; & vltimo constituo, Mich. Graf. recept. sentent. §. fideicommissum, q. 35. n. 3. huiusce articuli, & dubij hætenus propositi terminos cõfundisse, nec distinctè percepisse, ipse nãq; masculorũ descendentium mêtione facta in dispositione, ex eo generaliter masculos ex fœminis excludit, nec contineri asserit, quod masculorũ mentio fieri nõ potuerit, absq; eo, quod agnatio cõseruata fuerit, quod tamè quã falsum sit, ex superioribus deducitur manifeste. Tũ, quia nudæ masculinitatis, & nõ agnationis, siue sexus masculini duntaxat ratione haberi posse invocatione masculorũ descendentium, certissimi iuris est, & ex multis agnouit Ludou. Mol. de Hisp. primog. lib. 3. d. c. 5. n. 48. Pelæz à Mier. de maior. 2. par. d. q. 6. n. 58. Tũ etiã, quia omnes iuris interpretes hucusq; Scribètes, & qui in proposito articulo admissionis, vel exclusionis masculorũ ex fœminis affirmatiue, vel negatiue respõderunt, loquuntur quidè in terminis, in quibus agnationis ratio habita nõ fuit, nec id cõstat, nã si agnatione cõsiderasse institutorẽ maioratus constaret, res prorsus difficultate, & altercatione careret, iuxta opinionem illã relatã, supra n. 6. & in eisdem terminis loquutos omnes, dignoscitur ore aperto ex eisdem antea relatis, atq; ex omnibus in initio huius c. commemoratos. Sic etiã obseruauit Petr. Surd. d. cons. 316. n. 3. lib. 3. qui tamè Micha. Grassi notã superiorẽ non adijcit, nec commemorat ipsam.

24 Vnde & adiciendũ erit superioribus, & hætenus dictis, Ricard. & Ioan. Andree doctrinã, probatã ab his omnibus, quos retuli supra, n. 2. non fulciri ea vnica duntaxat ratione, quæ à cõseruatione agnationis deducitur, cũ agnatione cõseruata, dubitationi locus esse non possit (vt nunc dicebam, & maiori ex parte interpretes

pretes loquuntur, quando agnatio conseruata non est) sed & alijs etiam, atque ex multis subsistere rationibus, quas eiusdem opinionis primæ sectatores cōsiderarunt, & adduximus supra, num. 3. nempê, quod exclusa matre, dicitur exclusus, & filius, & descendens eius. Et quod esset absurdum, matrē proximiorē esse exclusam, & filium remotiorē esse admissum, & quod causatū non potest esse potētius sua causa, vt latius ibidem dixi. Cæterum quando agnatio cōseruata fuisset, quo casu ad exclusionem masculorū ex feminis, res caret prorsus dubitandi ratione (vt dixi) non modo dictis nunc rationibus, sed etiam illa agnationis conseruatæ res fulciretur. Quo circa non sequitur, agnatio conseruata nō fuit, ergo nec masculi ex feminis exclusi sunt, possunt nāque vrgere, atque testatorē ipsum excitasse rationes aliæ, ex quibus masculorum eorundē exclusio inducatur: idque ex eisdem authoribus primæ opinionis, relatis d. num. 2. ex Ruino, in conf. 18. nu. 9. lib. 3. Alciato, in consil. 563. col. 2. versiculo, restringitur etiam. Aldobran. in conf. 3. & 5. & 6. vbi latius, & in terminis nostris, quod præfata consequentia admitti non possit, cum etiam & alijs pluribus rationibus excludi potuerint masculi ex feminis, etiā agnatione non cōseruata: aduertit expressim Iacob. Menoch. d. conf. 172. nu. 12. in vers. nec repugnat huic solido argumēto, & nu. 32. in vers. ex quo sequitur. Optime Ioan. Cepha. d. conf. 581. nu. 32. lib. 4. Indeque, cū non sufficiat dicere, agnationē conseruatā non fuisse (quod negari non potest) ad coniecturas legitimas, & præsumptā voluntatē decurrere, vis equidē, & necessariū omnino erit, iuxta ea, quæ superius remanēt scripta, nu. 19.

25 Quod & ultra authores relatos ibidē, agnouit aperte in hac eadē materia Anton. Faber, de erroribus pragma. tom. 2. decad. 28. errore 8. Is nāque pro masculis ex feminis, licet vrgēter scripserit (vt supra dicebam) & masculos ex feminis admitti in ea vocatione contenderit, ex coniecturis tamen, & præsumpta volun-

tate in contrarium, aliter statuit, & ab ea sententia recedit, & masculos ex feminis excludi ob cōtrarias cōiecturas, tueretur ibi, col. 5. ad fin. fol. 145. vt negari nō possit, materiam eandem, coniecturalē esse, & præsumptam, ac diuersimode pro casuum occurrentium circumstantijs, & coniecturis diuersis definiendam, vt monui sæpissimē. Et quenadmodum non de facili recedendum à sententia, & rationibus Menochij, dixi supra, num. 20. sic nec de facili à sentētia, & rationibus fabri recedi poterit, sed vnum, vel alterum ex validioribus, aut vrgentioribus coniecturis eligi debebit, prout negotij qualitas suadeat.

Ex capite trigesimo.

S V M M A R I V M.

- 1 **R**egula illa, si vinco vincentem te, multo magis vincam te; diuersimode explicata, atque exornata per multis remissuè, vt hic vrbetur.
- 2 Et in omni actu, & materia, ac etiā in dispositionibus testamentarijs, & fideicommissarijs, & in successioneibus; regula ipsa accepta, vt hoc numero adnotatur.
- 3 Si vinco vincentem te, regula prædicta, procedit duntaxat, quādo eadē militat vincendi ratio, nec obtinet locū, quādo ad est diuersa ratio.
- 4 Procedit etiā in eodē genere vincendi.
- 5 Et quādo vincens subrogatur, & succedit in locum victi formaliter, quasi illum representans, secus tamen si ob potentius ius.
- 6 Vel quando vterque iure communi innitur, secus si aliter iure speciali, quia tunc iste vincitur.

2 Et quidē ex his omnibus apparet (vt dixi) regulam hanc , ſi vinco vincentem te, multo magis vincam te, eſſe veriſſimam, & in omni actu, & materia, ac etiā in diſpoſitionibus teſtamentarijs, & fideiſſimarijs, & in ſucceſſionibus quibuslibet fuiſſe acceptam; & ita in ſucceſſionibus loquitur text. in dicto cap. Martini, atque in eiſdem ex multis alijs conſtituit, & proſequitur Anton. Gabriel, dicta cōcluſione 4. per totam, modo regula eadē eiſ modis temperetur, & explicetur, quibus per ipſos authores nūc relatos temperatur, & explicatur, ac maxime vt procedat duntaxat, quando eadem militat vincendi ratio, nec locum

3 obtineat, quando a deſt diuerſa ratio. In quo omnes, qui hucusque ſcripſerunt, conuenerunt vnanimiter, vt per Antonium Gabrielem, dicta concluſione 4. num. 3. Couarr. variarum, libro 1. dicto cap. 7. num. 3. in verſiculo, item aduerſus principalem concluſionem. Decianum, in conſilio 13. num. 38. in principio, libro 3. & dicto conſilio 58. num. 20. lib. 5. Surdum, dicto conſilio 138. numero 19. lib. 1. Iacob. Philip. Portium regularum, libro 3. regula 27. in verſiculo, ſecundo limita. & in verſiculo, quarto limita. Cardinalem Thuſcum, tomo 8. litera V. cōcluſione 208. numero 4. & numero 16.

4 & 17. Deinde, & ſecūdo, vt regula metipſa procedat, ſi vinco vincentem te; in eodem genere vincendi, vt per Socium Iuniorem, in conſilio 10. numero 17. libro 2. Manticam, de coniecturis vltimarum voluntatum, libro 10. tit. 7. numero 6. qui inquit, quod regula prædicta procedit ſine dubio, quādo idem eſt genus vincendi, ſeu certaminis, Thuſc. dicta concluſione 208. numero 5. & 15. dicens, quod regula hæc procedit, quādo ille, qui te vincit, & tu, eſſetis eiufdē generis, rationis, & ordinis, aliās ſecus. Secus etiam, quando virtus, quæ eſt in vincente, non concurrat in vincendo illum, quem tu vincis, vt per Cagnolum, in l. non deber, in fine. ff. de regulis iuris, Iacob. Philip. Port. d. regula 27. in fine.

5 Rurſus, & tertio, procedit eadem re-

gula, quādo vincens ſubrogatur, & ſuccedit in locum victi formaliter, quaſi illum repræſentans, ſecus tamen ſi ob potentius ius, vt per Mandellum Albēſem, dicto conſilio 761. numero 38. & 39. & ipſius additionatorem ibidem, litera I. Decianum, dicto conſilio 13. numero 38. lib. 3. & in conſilio 58. num. 20. lib. 5. Surdum, in conſilio 138. numero 18. lib. 1. & in conſilio 416. numer. 23. lib. 3. Ioannem Vincentium Hondedei, dicto conſilio 8. num. 67. & in conſilio 88. num. 33. lib. 1. Vbi poſt alios multos iuris interpretes ſcriptum reliquit, quod dicta regula, ſi vinco vincentem te, & c. locum tantum habet, quando ille, qui vincit vincentē me, ſuccedit in locū eius, qui vincit me, quaſi illum repræſentans: ſed quando vincens non ſubrogatur in gradu, & locum victi, ſed ſibi tantum ex aliqua cauſa ius potentius defertur, illi locus non eſt. Quod ſcripſit Bartolus, in l. 1. §. qui habet, num. 4. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabulas, & ſequūtur authores ab eodem Hondedei commemorati, ibidem.

6 Prætereā, & quarto, regula metipſa procedit, quando vterque ius ſuum intrēdit ex regulis iuris communis, ſiue ex iure communi intentionem ſuam fundat; ſecus tamen ſi alter de iure ſpeciali contenderet, quia tunc in dubio vinceret is, qui iure communi inniteretur, vt per eundem Mandellum Albenſem, d. conſil. 761. num. 4.

7 Denique, & quinto, ipſa regula, ſi vinco vincētem te, locum non habet in ſtatu, vel alia diſpoſitione iuris communis correctoria, ſicuti ex alijs concludit Menochius, dicto conſilio 234. numero 23. lib. 3. Surdus, dicto conſilio 416. num. 25. libro 3. Iacob. Philip. Portius, regul. lib. 3. dicta concluſione 28. Decianus, dicto conſilio 13. ſub num. 38. in principio, lib. 3. Vbi inquit, quod regula dicta non procedit, quando ex ipſa volumus arguere cōtra regulas iuris communis, & ad correctionem ipſius, vt tenuit Alexāder ibi relatus, Ludouicus Molina, de Hiſpanorum primogenijs, libro 3. cap. 5. dicto numero 16. vbi quod regula, ſi vinco

vinco vincentem te, &c. non habet locum in materia feminarum exclusiua, & citat Bartolũ, Alexandrum, & Curtium Iuniorem, & ultra eum vide textum, in dict. l. Aequissimum, §. ex filio, & in l. 2. §. sed neque auus. ff. ad S. C. Tertullianum, Iacobum Philippum Portium latissime, dicto libro 3. regula 28. per totam, & dicta regula 27. in versiculo, tertio limita, vbi quod ista regula non habet locum in materia statutorum exclu-

dentium à successione. Cætera autem, quæ etiam ad regulam metipsam pertinent, sed ita assidue in praxi non versantur, penes relatos authores in initio huius cap. videri poterunt, & per Anton. Gabrielem, Thuscum, & Portium, vbi supra, & in successionum materia commendo Ioannem Vincent. Honde-dei, dict. consilio 2. ex num. 35. vsq; ad num. 45. & num. 60. & 7. sequent. lib. 2.

FINIS.



LOCALIVRIS
COMMVNIS VTRIVSQUE,
Tàm Cæsarei,quàm Pontificij,& legum Partitę,
& Nouæ collectionis regiæ,quæ in hoc libro ter-
tio singulari equidem studio,& diligentia expli-
cantur,& quibus notabiles,& germani in-
tellectus assignantur.

EX DIGESTO VETERI.



LEX Si instituta, §. de inofficioso, ff. de inoffi-
cioso testamen. cap. 27.
per totum.
L. fistulas, §. frumen-
ta. ff. de contrahenda
emptione. Latè, atquè
elegàter cap. 3. ex num.
80. cum multis sequentibus.
L. licet, §. rei depositæ, ff. de positi, cap. 16.
nu. 16. cum sequentibus.
L. certi conditio, §. fin. ff. si certum peti-
tatur, cap. 16. num. 27. & 28.
L. quod si ab initio, 10. ff. si certum peti-
tatur, cap. 16. num. 28.
L. si communem, ff. quemadmodum seru-
amittan. cap. 25. num. 29.
L. si hominem, §. quoties, ff. de positi, cap.
16. ex num. 49. cum multis seq.
L. vbi cceptum, ff. de iudicijs, cap. 25. ex
num. 39. cum seq.
L. finalis, ff. de rei vendicatione, cum sua
materia, cap. 18. per totum.
L. cum debitor, ff. in quib. caus. pign. vel
hypoth. taci. contrah. cap. 23. ex num. 96.

Ex Infortiato.

LEX prima, l. 2. & seq. & totus titulus, ff. si
quis aliquem testa. prohib. vel coege. c.
primo, per totum, vbi latissimè, & me-
liùs, quàm alibi.
L. apud Iulianum, §. constat, ff. de legatis
primo, cap. 7. num. 6. & num. 10.

L. qui cum maior, post principium, ff. de
operis libertorum, cap. 7. num. 11.
L. intercidit, § 8 ff. de conditionibus, &
demonst. cap. 7. num. 13.
L. quidam relegatus. ff. de rebus dubijs,
cap. 7. num. 13.
L. 2. §. tractari, versiculo, finge autem, ff.
ad Tertulianum, nouiter, & verè, cap. 7. nu. 27.
L. 3. §. quid ergo, ff. de contrario iudicio
tutelæ, cap. 7. num. 24.
L. Titia Seio, 89. §. Lucius, ff. de legat. 2.
cap. 10. num. 44.
L. si filius hæres, ff. de liberis & posthum.
cap. 11. nu. 2.
L. cum pater, §. hæreditatem, el 1. ff. de
legatis secundo, cap. 12. num. 91.
L. Gallus. §. & quid si tantum, ff. de libe-
ris & posthum. cap. 12. num. 24. in fin. & nu-
mero 27.
L. si quis filium, §. primo, ff. de acquiren.
hæred. cap. 13. num. 9.
L. vltima, ff. vnde liberi, cap. 15. num. 17.
& vide ex num. 2. cum seq. Ex ibi namquè
traditis, singulariter l. illa exornatur.
L. & si ex modica, §. si filius, ff. de bonis
libert. cap. 15. nu. 74.
L. qui in omnibus, §. fin. ff. de administ.
tutor. cap. 16. num. 67.
L. prima, §. si ex fundo, ff. de hæredibus
instituend. cap. 17. per totum: vbi plena ma-
nu de materia eius §.
L. quoties, §. si duo, ff. de hæredibus insti-
tuendis, cap. 17. ex num. 44. vsque ad nume-
rum 51.
L. si quis ita hæres instituatur excepto, ff.
de

de hæredibus instituendis, cap. 17. num. 73
& 74. & 98. & 99.

L. peto, ff. de legatis secundo, cap. 17.
num. 114. & 115.

L. Lucius, §. quæ habebat, ff. ad Trebel.
cap. 17. nu. 59. & 60. & 63.

L. si miles vnum, ff. de militari testamto.
cap. 17. num. 78.

L. cum ita, §. in fideicommissio, ff. de leg.
secundo, cap. 19. num. 141.

L. in suis, cum alijs pluribus illius tituli,
ff. de liber. & posthum. cap. 22. per totum.

L. Imperatores, ff. de tutel. & ratio. di-
strahend. cap. 27. ex num. 52.

Ex Digesto nouo.

L. Ex his qui, ff. de iure fisci, cap. 4. nu. 19.
& num. 24.

L. statu liberi à cæteris, §. Quintus
Marius, in vers. quoniam, ff. de statu liberis,
cap. 6. num. 21.

L. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verb.
oblig. cap. 7. num. 7.

L. continuus. 137. §. cum quis, ff. de verb.
oblig. cap. 7. num. 8.

L. prima, §. permittitur, ff. de aqua quo-
tidiana & æstiuæ, cap. 7. num. 12.

L. quod quis, ff. de priuilegijs creditorũ,
cap. 8. in princip.

L. vbi repugnantia, ff. de regulis iuris, &
eius materia, cap. 10. ex numero. 17. cum se-
quentibus.

L. Statius Florus, §. Cornelio Fælici, ff.
de iure fisci, cap. 12. num. 28. & numer. 82.
& 88.

L. ex ea parte, §. in insulam, ff. de verbor.
obligat. cap. 12. num. 28. & num. 92.

L. qui Romæ, §. Augerius, ff. de verbor.
obligat. cap. 14. per totum. Vbi eleganter,
& melius quàm hæctenus de eius textus in-
terpretatione.

L. si ita stipulatus, §. possunt, ff. de verbo.
oblig. cap. 14. num. 25.

L. fideiussor obligari, 17. §. finali, ff. de
fideiussoribus, cap. 14. num. 28.

L. interesse puto, 39. ff. de acquir. possess.
cap. 16. num. 21.

L. solutam, & l. solutionis, ff. de solutio.
cap. 23. num. 87. & vide ex num. 78.

L. si ventri, §. in bonis, ff. de priuilegijs
creditorum, cap. 16. ex num. 49. cum multis
sequentibus.

L. prima, §. primo, & titulus, ff. ad S. C.
Turpilianum, cap. 21. per totum.

Ex Codice.

L. Ex prima, l. vltima, & totus titulus, C.
si quis aliquem testari prohibuerit, vel
coege. cap. primo per totum, vbi latif-
simè.

L. prima, & titulus, C. si aduersus donā-
tionem, cap. 2. num. 4. & 5. & 6. per totum.

Authent. Sacramenta puberum, C. si ad-
uersus venditionem, & eius materia, cap. 3.
ex num. 1. vsque ad num. 37.

L. assiduis, C. qui potiores in pignore ha-
beantur: & eius materia, cap. 4. per totum.

L. vltima, C. de iure deliberandi, cap. 5.
ex num. 2. & num. 17. cum seq.

L. vltima, §. fin vero postquam, C. de iure
deliberandi, cap. 5. num. 23.

L. 2. C. de communium rerum alienatio-
ne: & eius materia, cap. 6.

L. licet, C. qui potiores in pigno. habeant-
tur, cap. 8.

L. vltima, C. de pactis: & eius materia, c. 9.
per totum: vbi latè & vtiliter.

L. perfecta donatio, C. de donationibus,
quæ sub modo: & eius materia, cap. 10. per
totum, vbi plenè & vtiliter.

L. sicut, C. de obligat. & act. cap. 10. nu-
mero 51.

L. finalis, C. de reuocandis donationib.
& eius materia, cap. 10. num. 59.

L. res vxoris, in fine, C. de donationibus
inter. cap. 12. num. 90.

L. vnica, C. de his qui ante apertas tabu-
lulas, cap. 13. num. 8. & num. 23.

L. vnica, §. cum autem, & §. in nouissimo,
C. de caduc. tollendis, cap. 13. num. 11.

L. contractus, C. de fide instrumentor.
cap. 26. num. 8.

L. veteris, C. de contrahenda, & commit-
tenda stipulatione, cap. 14. num. 19.

L. vnica, C. quando imper. inter pupil. &
viduas, cap. 25. per totum.

L. quoties, cum sua materia, C. de hæred.
instituend. cap. 17. per totum.

L. quidam cum seruum, C. de necessarijs
seruis hæred. instituendis, cap. 17. num. 54.
& 55.

L. vltima, C. de fide instrumentorum: &
eius materia, cap. 18. num. 15. & 16.

L. vltima cum sua materia, C. de edicto
Diui Adriani toll. cap. 24. per totum.

Auth. post fratres. 1. & 2. & eius materia, C.
de legitimis hæred. cap. 19. per totum.

L. nihil, C. de vsu capione pro hærede.
Accurate & argute, cap. 22. per totum.

Ex tribus libris Codicis.

L Ex primâ, C. de vendit. rer. fiscal. cū priuat. commun. capite sexto per totum.

Ex Authenticis.

§. Si verò non fecerit, in authent. de hæredibus & falcidia, cap. 5. ex nu. 2. & num. 10.

§. His consequens, in authentica de æqualitate dotis, cap. 8.

§. primo, cum seq. & §. liquidum. in authent. de hæred. ab intestat. venient. cap. 19. num. 30.

§. Si igitur, el 2. in fin. in authent. de hæred. abintest. venient. cap. 19. numero 83.

Ex Institutionibus.

§. Ex conditionali, de verborum obligationibus, cap. 14. nu. 18.

§. Cum filius, instituta, de hæredibus quæ ab intestato deferuntur, & eius materia, latissimè capite decimo nono per totum.

Ex Decretalibus.

Cap. Cum simus, de regularibus, cap. 12. nu. 31.

Cap. Bona fides, de deposito, cap. 16. nu. 10. & 11.

Cap. primo, de sequestratione possessionis & fructuum, cap. 16. nu. 19. & vide ex nu. 16.

Cap. Licet, de voto & voti redemptione, latè & melius quam antea fuisset, cap. 19. num. 113. & num. 119. cum pluribus sequentibus.

Cap. Salubriter, de usuris, cap. ad nostram de rebus Ecclesiæ non alienandis, capite ad nostram septimo, de iure iurando, capite vigesimotertio per totum.

Ex libro sexto Decretalium.

Cap. Quānuis pactum, de pactis in 6. & eius materia, cap. 2. ex nu. 37. cum seq. vsque in finem capitis.

Cap. Grandi, de supplenda negligentia Prælatorum in 6. cap. 19. nu. 114. & numero 118.

Ex Legibus Partitarum.

LEX 27. & 28. & 29. & l. 26. tit. 1. part. 6. cap. 1. fere per totum. Vbi latè de intellectu, & materia eorum legum.

L. 6. tit. 19. partit. & l. 16. in principio tit. 11. part. 3. & earum materia, cap. 2. ex num. 1. cum multis seq.

L. 21. 22. & 23. tit. 8. part. 5. & earum materia, cap. 3. fere per totum.

L. 33. tit. 13. partit. 5. cap. 4. fere per totum.

L. 29. tit. 13. partit. 5. cap. 4. num. 33. & 34.

L. 10. tit. 6. partit. 6. cap. 5. numer. 6. & 7. & 8.

L. 7. tit. 11. partit. 6. capit. 5. à principio, vbi plena & absoluta manu de eius intellectu, & materia.

L. 53. in versiculo: *oro si dezimos.* tit. 5. part. 5. cap. 6. per totum.

L. 1. tit. 1. part. 2. & l. 31. tit. 18. part. 3. cap. 6. in principio.

L. 14. in fine, tit. 4. partita 6. cap. 7. vbi latè & melius quam antea fuisset.

L. 26. & 28. tit. 13. partita 5. dilucide & melius quam antea explicatæ fuissent, cap. 8.

L. 30. titulo 13. partita 5. cap. 8. numero 27.

L. 16. titulo 11. partita 5. cap. 14. numero 29.

L. 2. tit. 3. part. 5. c. 16. nu. 31.

L. 14. tit. 3. part. 6. cap. 17. per totum.

L. 3. tit. 3. part. 3. cap. 18.

L. 2. tit. 15. par. 2. decisio & materia, vtiliter & singulariter cap. 19. fere per totum.

L. 4. tit. 15. part. 2. cap. 29. nu. 115. & nu. 125. cum seq.

L. 7. & 8. tit. 1. p. 2. c. 19. nu. 129.

L. 13. tit. primo, & l. 9. tit. 15. part. 2. c. 19.
num. 130.

Leges alia plures partitæ in eodem pro-
posito, dict. cap. 19. num. 18.

L. 2. tit. 14. p. 6. cap. 24. per totum.

L. 6. tit. 5. p. 5. cap. 26. num. 17.

Ex legibus Tauri.

L Ex 27. Tauri, cap. 11. per totum, & cap.
12. num. 48.

L. 40. Tauri decisio, sensus, intentio,
& materia, latè, & utiliter cap. 19. per to-
tum.

Ex legibus Nouæ col- lectionis.

L Ex prima, tit. 4. lib. 5. Nouæ collectio-
nis regie, cap. 1. ex num. 49.

L. 2. tit. 9. lib. 9. Nouæ collectionis
regie, cap. 3. num. 69. cum seq. vsque ad nu-
merum. 77.

L. 2. tit. 16. lib. 5. Nouæ collectionis re-
gie, cap. 14. num. 20.

L. primæ, tit. 4. de los testamentos, lib. 5.
plures declarationes, cap. 17. ex numer. 123.
cum multis sequentibus, vsque in finem ca-
pitis.

L. 5. tit. 7. lib. 5. Nouæ collectionis re-
gie decisio, sensus, intentio, & materia, latè
& utiliter cap. 19. per totum.

L. prima, tit. 4. Nouæ collectionis re-
gie, in finalibus verbis, cap. 24. num. 179.
& 182.

L. 2. tit. 16. lib. 5. Nouæ collectionis re-
gie, cap. 26. ex num. 19.

L. 7. tit. 7. lib. 5. Nouæ collectionis re-
gie, cap. 28. num. 11. cum seq.



Ex Decretibus.

Cap. Cum sumus, de regulis, cap. 12. num. 81.

Cap. Bonas fides, de deposito, cap. 10. num. 1.

Cap. primo, de seductione, postea
fons, de iuramento, cap. 1. num. 1. de vide
ex num. 1.

Cap. licet, de voto & voti, testimonio
de iuramento, cap. 1. num. 1. cum pluribus de
quibus.

Cap. subter, de viis, cap. ad nos-
trum de rebus & ceteris non attendas
cap. ad nos, de iuramento, de iure
iuramento, cap. 1. num. 1.

Cap. per totum.